FRANCISCI ROSSI

METROPOLITANÆ ECCL. NEAP. CANONICI

AC IN REGIO ARCHIGYMNASIO PROFESSORIS

INSCRIPTIONES



NEAPOLI
EX TYPOGRAPHIA IOSEPHI CUOMO
MDCCCXLIII

A Sua Eccellenza

IL SIGNOR CAVALIERE GRAN CROCE

D. NICCOLA SANTANGELO

MINISTRO SEGRETARIO DI STATO DEGLI AFFARI INTERNI

Eccellenza

Al Mecenate delle Lettere, e de' Letterati spetta di dritto qualunque letteraria produzione.

Quest' obbligo di giustizia non è il solo che mi determina ad intitolare a Vostra Eccellenza la collezione delle epigrafi composte dal cavalier D. Francesco Canonico Rossi, venerato mio zio. Sua inten-

zione, mentre viveva, era farne omaggio all' Eccellenza Vostra; ma la modestia ed il basso sentire di sè lo tennero irresoluto.

Erede della sua volontà, crederei mancare al mio più sentito dovere, se defraudassi più lungamente Vostra Eccellenza di un monumento dell'alta considerazione, e del profondo rispetto dello stesso verso di Lei.

Il concetto non comune, che di quelle fassi da' letterati conoscitori, mi dà fidanza, che Vostra Eccellenza dotata di finissimo criterio in tutte le conoscenze, e massime nelle cose letterarie, gradirà queste iscrizioni, non poche delle quali furono fatte per ordine del Governo, e si degnerà di accettarne la dedica, come un solenne attestato di altissima stima, e di rispettoso ossequio e dello zio, e del nipote, le cui volontà in tributarle omaggio sono state mai sempre concordi.

Di V. E.

Umilissimo e Divotissimo Servidore
ALFONSO ROSSI.

FRANCISCI ROSSI

VITA

AUCTORE FRANCISCO ROSSI

NEPOTE EX FRATRIS FILIO

Franciscus Rossi, quod erat a natura sortitus ingenium, mira excoluit diligentia, quamvis puer adversa usus fortuna, in diversa potuisset facillime differri. Septennis Cajetanum patrem amisit. Tamen sedula genitrix Dominica Cimini praesentiens quid esset ex puero sperandum, cujus jam morum docilitas, atque ingenii alacritas enitebat, omnes suas curas intendit, ut imbueretur optimis disciplinis, quarum nimis cupidum se ostendebat, cum adhuc in oppido Meliti IV ab urbe lapide versaretur, et ubi natus erat IX Kalendas Aprilis MDCCXLVII. Ea igitur, quam dixim[illegible], tate, Neapolim missus est, ut prima litterarum rudimenta edisceret, ingressurus Urbanum Seminarium cum per aetatem licuisset, ut inde ecclesiasticae nomen militiae daret. Seminarium illud et propter doctorum auctoritatem et audientium juvenum concursum, ubique tum celebrabatur. Ibi Franciscus universorum oculos

continuo in se convertit. Tum humanioribus litteris istructus se ad eloquentiae studium praecipue contulit, rhetore Salvatore Aula viro tunc temporis celebratissimo. Italico Latinoque Graecum atque Hebraicum sermonem conjunxit. Quantum profecerit, id indicio erit, quod vix biennium in eloquentiae gymnasio versatus, et cum ex ephebis nondum excessisset, quam de Resurrectionis Paschate latinam confecerat non sine doctiorum hominum admiratione orationem, in magna audientium frequentia recitaverit. Maxime autem philosophiae egregiam navavit operam; ejus enim studium flagrantissime concupiverat: in quo etiam, licet jam multa esset consequutus, tamen sese diutius detinere voluit tunc etiam quum civili juri studeret. Sed optimo consilio horas divisit, cum philosophiae matutinas, vespertinas autem juri daret. Annos sex et viginti natus cum multis doctis munus idem ex statuto sibi exoptantibus, juris canonici cathedram consequi certavit, quae in Regia studiorum universitate antecessore erat vacua. Quod ei et honori et laudi fuit. Insequenti anno etiam publice optimo unoquoque ad eam adspirante juris canonici cathedram in archiepiscopali lyceo est consequutus; qua etiam occasione *Commentarium tumultuarium ad Caput VI libri III decretalium de institutionibus* scriptis tradidit, quem *Josephi Simeoli elogium* est consequutum. Illam vero cathedram cum per decennium tenuisset, quasi eum fama praedestinasset, facto publice periculo, ad regium quoque studiorum archigymnasium juris civilis docendi causa translatus fuit. Quo gemino in munere operam suam omnibus eodemque tempore egregie adprobavit, et in lucem etiam edidit suas *Praelectiones in Justiniani Institutiones.* Mox Theologorum collegio fuit adscriptus. Aliquot post annos in ipsa universitate novissimum regni jus docuit, et inde ad pandectarum cathedram est arcessitus, qua tempestate primum in *Neapolitani Regni jus vetus Praelectiones* edidit, post egregios *in Pandectas Commentarios* sicut et *Juris Canonici Institutiones* neque unquam rem litterarum publicam aliis super aliis editis operibus ditare destitit. Postquam per triginta annos jus docuit, ad Sacrae Scripturae interpretationis cathedram est evectus. Locorum omnium dif-

ficillimorum per tres et decem annos quibus hanc habuit cathedram explanationem suscepit, Salomonis tantummodo libros praetermittens. Denique ex Scripturae cathedra ad juris civilis restitutus fuit. Quinquagesimo aetatis suae anno ecclesiae neapolitanae canonicus fuit renunciatus, eodemque tempore ab Archiepiscopo Cardinali Capycio Zurolo praefectus fuit iis destinandis viris qui de novis libris antequam in lucem ederentur judicium ferrent. Observatum fuit quum urbani seminarii rector esset (quod accidit vix post Zuroli Cardinalis mortem), alumnorum numerum ad paucos jam redactum, cito et cumulatissime expletum. Prudentiores id sedulis illius curis tribuerunt, qui ei juventuti tunc temporis praesidebat. Superiore exeunte seculo Europae rebus perturbatis in Galliam Pontifex Pius VI deportatus fuit, tunc Neapoli episcoporum triumviralis congregatio instituta fuit, quae omnes facultates habebat ad dateriae, poenitentiariae atque brevium secreterias pertinentes. Cui quidem congregationi Franciscus a secretis fuit. Quo in munere se gessit singulari abstinentia atque facilitate praesertim in pauperes. Aliquot post annos ne quid auctoritati, quae illi officio competebat, detraheretur, sponte archiepiscopalis seminarii rectoris officio se abdicavit. Haud multo post nobili Capyciorum Caracciolorumque collegio, utraque comprobante familia, praefuit; postea ad Salvatoris lyceum regendum appellatus fuit, quo in munere perstitit usque ad exactos vitae terminos, adhibitis ad id diligenter praestandum omnibus curis. Cujus rei fructum, qui inde prodierunt alumni satis ostendunt. Litterarios honores ex instituta sibi vitae ratione neque concupivit neque delatos recusavit. Herculanensis academiae socius, ejusdemque iterum praeses fuit, et ejus opera multa antiquitatis monumenta exstant illustrata. Inter viros ad juventutem litteris disciplinisque omnibus publice imbuendam fuit cooptatus, quo in instituto Vice Praesidis tertium functus est. Tunc quoque inter ordinis Francisci I. equites fuit adlectus. Plurimaeque etiam academiae domi atque foris eum sibi socium adsciverunt. Alia quoque mandata saepissime et pro tempore obivit, praeter ea quibus publice aut privatim perfunctus est, id summis volentibus viris, sive

saeculari sive ecclesiasticae rei praepositis, quibus multis ab annis familiarissime utebatur. Tot, tantisque honoribus nunquam est elatus, et mentem in utraque fortuna semper aequam servavit, dignitatemque comitati ita conjunxit, ut neque ista illi obfuerit, neque tantam animi constantiam infirmus postremis vitae suae temporibus debilitaverit. Decessit decimo tertio Kalendas Januarii MDCCCXLI annos quatuor et nonaginta natus, cunctis bonis patriae jacturam deflentibus.

PRIMA CLASSIS

DEO AC SANCTIS DICATAE

1.

VIRGINI . ALMAE . DEIPARAE
SACRA . CORONATIONIS . SOLLEMNIA
QVIBVS . IVS . FASQVE . EST
AD . DIVAM . CASTE . ADEVNTO

2.

QVOD . BONVM . FELIX . FORTVNATVMQVE
AVGVSTAE . DOMVI
OMNIQVE . NEAPOLITANO . ORBI . SIT
VIRGO . DEIPARA
TARTAREI . TRVCVLENTISSIMI . SERPENTIS . CAPITE
IN . IPSA . SVI . FAVSTISSIMA . CONCEPTIONE . CONTRITO
AVREA . TRIVMPHALI . CORONA . INSIGNIS
FILIO . SVO . REGI . PACIFICO
ADSIDET . REGINA
GENERIS . HVMANI . TVTELA . PRAESENTISSIMA
EIA . QVOTQVOT . ADESTIS
CIVES . PEREGRINI . ET . INCOLAE
GRATVLATIONVM . OFFICIIS
ET . LAVDVM . PRAECONIIS
PLAVDITE . VENERABVNDI

3.

DEO . OPT. MAX
ET . VIRGINI . SINE . ORIGINIS . LABE . CONCEPTAE
PRO . FRANCISCI . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS . P. F
ELISABETHAE . REGINAE . PIENTISSIMAE.
FERDINANDI . PRINCIPIS . IVVENTVTIS
TOTIVSQVE . AVGVSTAE . DOMVS
SALVTE . INCOLVMITATE . CONSTANTIA
SVPPLICATIONVM . SOLLEMNIA

ADSIT . DOMINANTIVM . DOMINVS
VOLENS . PROPITIVS
VOTAQVE . SVSCEPTA
SOLVI . PERPETVO . VELIT

4.

LEONI XII.
PIETATE . PRVDENTIA . COMITATE
ET . APOSTOLICIS . VIRTVTIBVS . VNIVERSIS
PONTIFICI . VERE . MAXIMO
QVOD
INSTANTE . CARDINALI . ALOYSIO . RVEFO
ARCHIEPISCOPO . NEAPOLITANO
AVREIS . CORONIS
PER . BASILICAE . VATICANAE . CANONICOS
EX.TESTAMENTO.ALEXANDRI.SFORTIAE.PALLAVICINI TRANSMISSIS
SACRAM . PVERI . IESV
EIVSQVE . DIVINAE . PARENTIS . IMAGINEM
DECORARI . IVSSERIT
NEAPOLITANI . CIVES
ET . GRATIAS . AGVNT . MAXIMAS
ET . MAIORES . HABEBVNT . NVMQVAM . INTERMORITVRAS
FAVSTA . OMNIA
PRO . SE . QVISQVE . ADPRECATI

1.

PRO . SALVTE . ET . INCOLVMITATE
FRANCISCI . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
P. F. A
ELISABETHAE . REGINAE . FLORENTISSIMAE
TOTIVSQVE . DOMVS . AVGVSTAE
VOTA . ET . SVPPLICATIONES

2.

FRANCISCO . I
PIO . FELICI . AVGVSTO
P. P
ET . ELISABETHAE . CONIVGI . PIENTISSIMAE
PVBLICA . GRATVLATIO

VIVAS . VALEAS . FELICITER . IMPERES
REX . OPTIME . BENEFICENTISSIME
PARENTIS . TVI . FERDINANDI . ANNOS
IN . REGNI . GVBERNATIONE . AEQVES
MAIORVM . GLORIAM , VIRTVTIBVS . VINCAS

3.

QVOD . BONVM . FELIX . FORTVNATVMQVE . SIT
FRANCISCVS . I BORBONIVS
RELIGIONIS . VINDEX . RECTIQVE . TENACISSIMVS
REX . VESTER . EST
EIA . NEAPOLITANI . CIVES . OMNIBVS . LAETITIIS . LAETI
DEO . IMMORTALI
GRATES . AGITE . IMMORTALES
OPTIMO . PRINCIPI
FAVSTVM . IMPERIVM . OMINATI

AT . TV . DIVORVM . TVTELARIVM . PRINCEPS
ADSIS . VOLENS . PROPITIVS
TVOQVE . PRAESENTI . NVMINE
REGI . REGIAEQVE . DOMVI
CAVTVM . PERPETVO . PROSPECTVMQVE . VELIS

ADVENTVI . AVSPICATISSIMO
FRANCISCI . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS . AVG. PII . FELICIS
P. P
X-VIRI . CVRATORES
D. N. M. Q. E

SOSPITET . TE . DEVS . OPT. MAX
REX . PIENTISSIME
CVM . CONIVGE . TVA . FELICISSIMA
AVGVSTAMQVE . FLORENTISSIMAM . DOMVM
IN . AEVVM . AETERNET

AT . TV . PATRONORVM . PRINCEPS . IANVARI
PRAESENS . NEAPOLITANI . ORBIS . TVTELA
ADSIS . VOLENS . PROPITIVS
VIVIDI . CRVORIS . TVI
OMINE . PRAEMONSTRATO

AEDICVLAM
A . IOSEPHO . COPPOLA . ORATORII . OLIM . NEAP. PRESBYTERO
DEINDE . EPISCOPO . STABIANO
EXSTRVCTAM
TEMPORVM . INIVRIA . RVINOSAM . SQVALIDAM
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
NOVO . TECTORIO . INDVCTO
AMPLA . FENESTRA . PATEFACTA
FERREIS . CANCELLIS . FERREOQVE . OSTIOLO
CIRCVMSEPTAM . INSTAVRAVIT
PATRIMONIALI . AERE . SVO .
IV IDVS . MARTII . AN. MDCCCXXIII

HIC . MARMOREIS . SARCOPHAGIS . CONDITA . REQVIESCVNT
CORPORA . MARTYRVM . COSMAE . ALIPANTII . ET . FELICIS
E . CALLISTI . COEMETERIO . EXCITATA
ET . AB . ANNA . COLVMNA . NEAPOLIM . ADVECTA
NEAPOLITANI . ORATORII . PRESBYTERI
PATRONIS . PRAESENTISSIMIS
GRATI . ANIMI . MONVMENTVM
P.

FERDINANDVS . I BORBONIVS
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . P. F. A
NE . SODALES . SVB . TVTELA . S. ANNAE
INTRA . ECCLESIAM . GENTIS . LONGOBARDORVM
RELIGIONIS . EXERCENDAE . CAVSA . RITE . CONSOCIATI
ECCLESIA . ANNO . MDCCXCVIII . COLLAPSA
INCERTIS . ERRARENT . SEDIBVS
AVGVSTVM . HOC . TEMPLVM
IPSIS . PLENO . IVRE . ADDICI . IVSSIT . ANNO . MDCCCI
QVOD . DEINDE . FATISCENTI . FORNICI
AC . RVINOSIS . PARIETIBVS . REFECTIS
TECTORIOQVE . NOVO . OPERE . EXORNATIS . AN. MDCCCXXV
IN . ELEGANTIOREM . FORMAM . REDVCENDVM . CVRARVNT
V. VIRI . SODALITATIS . CVRATORES
COMES . FERDINANDVS . ANGVISSOLA . PLACENTINVS
TRIBVNVS . MILITARIS
CONRADVS . MALASPINA . MARCHIO . FOSDINOVI . TRIBVNVS . MILITARIS
EQVES . ANDREAS . CIRINA . PEDEMONTANVS
PRAETORIAE . COHORTIS . TRIBVNVS
PETRVS . ALOYSIVS . MOSCHINIVS . IRIAE . PEDITVM . PRAEFECTVS
IOSEPH . FONTANA . MEDIOLANENSIS

D. O. M. SOSPITATORI
PRO . SALVTE . ITV . AC . REDITV
DD. NN. FRANCISCI . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS . AVG
POPVLORVM . PACATORIS
ET . ELISABETHAE . REGINAE . FLORENTISSIMAE
EIA . NEAPOLITANI . CIVES
SVSCEPTA . VOTA . SOLVITE
NOVA . AC . SOLLEMNIA
PRO . IMPERII . DIVTVRNITATE . NVNCVPATVRI
ET . PRO . OPTIMI . PRINCIPIS . INCOLVMITATE
QVA . PVBLICA . SALVS . CONTINETVR

D. O. M. SOSPITATORI
PRO . ADVENTV . AVSPICATISSIMO
FRANCISCI . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS . P. F. A
POPVLORVM . PACATORIS
QVI . MAIORVM . GLORIAM . EXIMIO . REL . CVLTV . AEMVLATVS
VIII KAL. MAIAS . ANNI . IVBILAEI . MDCCCXXV
VNA . CVM . REGINA . ELISABETHA . CONIVGE . FAVSTISSIMA
AB . IPSO . PONTIFICE . SVMMO . LEONE . XII
AD . MAXIMAM . HVIVS . TEMPLI . ARAM
SOLLEMNI . RITV . SACRIS . OPERANTE
EVCHARISTIAE . SACRAMENTVM
DEPOSITA . VELVTI . MAIESTATE
AC . MAXIMA . ANIMI . DEMISSIONE . SVSCEPIT
INSIGNE . CVNCTIS . AD . PIETATEM . INCITAMENTVM
THOMAS . BARILIS . SPINELLIVS
EIVSDEM . AVGVSTI . REGIS . APVD . APOSTOL. SEDEM . LEGATVS
NE . QVANDO . RES . SINGVLARIS . EXEMPLI
SECVLIS . DECVRRENTIBVS . DILABERETVR
LAPIDEM . P. C
ANNO . MDCCCXXV

FRANCISCO . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGNI . P. F. A
ET . ELISABETHAE . REGINAE . PIENTISSIMAE
QVOD . PRID. KAL. DEC. AN. MDCCCXXV.
VNA . CVM . FERDINANDO . PRINCIPE . IVVENTVTIS
OMNIQVE . AVGVSTA . DOMO . FLORENTISSIMA
HAS . SACRAS . AEDES
BORBONIA . MVNIFICENTIA . AVCTAS . LOCVPLETATAS
MAIESTATE . SVA . AC . PRAESENTI . NVMINE
COMPLEVERINT
SELECTISSIMARVM . VIRGINVM . COLLEGIVM
SVB . TVTELA . S. GABRIELIS . ARCHANGELI
NE . QVANDO . OPTIMORVM . PRINCIPVM . HVMANITAS
SECVLIS . DECVRRENTIBVS . DILABERETVR
LAPIDEM . GRATI . ANIMI . TESTEM
P. C
ANNO . MDCCCXXVI

SACELLVM . CHRISTO . VAGIENTI . SACRVM
CVM . GENTILITIO . PICCOLOMINEORVM . SEPVLCHRO
PETRVS . ALOYSIVS . MOSCHINIVS . INNOCENTII . F
AB . IOSEPHO . PIGNATELLIO . VALLIS . PRINCIPE
VLTIMO . PICCOLOMINEAE . GENTIS . HEREDE
MORTALITATIS . MEMOR
SIBI . SVISQVE . POSTERISQVE . EORVM
OPTIMO . IVRE . PARAVIT
ANNO . MDCCCXXVI

IN . HOC . CONCLAVI
B. ALPHONSVS . DE . LIGORIO
ET . N. N. EPISCOPVS . STABIANVS
CONIVNCTIS . IDENTIDEM . CONSILIIS
REGVLAS . CONDIDERVNT
QVIBVS . COENOBITAE . SVB . TVTELA . SS. REDEMTORIS
OBTEMPERARENT
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
QVO . MEMORIA . REI . GESTAE . POSTERIS . PRODERETVR
HVNC . LAPIDEM
P. C
ANNO . MDCCCXXVII

QVATVORDECIM . LIPSANA . SANCTORVM
QVI . FVSO . SANGVINE . CHRISTI . FIDEM . OBSIGNARVNT
IN . CALLISTI . COEMETERIO . ANTEHAC . RECONDITA
NEAPOLITANI . ORATORII . PRESBYTERI
IV . IDVS . FEBRVARII . AN. MDCXL
IN . SACELLO . VIRGINIS . IN . CAELVM . ASSVMTAE . REPOSVERVNT
INDE . SVPRA . HANC . ARAM . SVB . TITVLO . S. CRVCIS
ELEGANTIORI . FORMA
AD . PVBLICAM . VENERATIONEM . LOCARVNT
ANNO . MDCCXLVII

DEO . OPT. MAX. CONSERVATORI
PRO SALVTE . ITV . ET . REDITV
DOMINORVM . NN
FRANCISCI . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
ET . ELISABETHAE . REGINAE . FAVSTISSIMAE
VOTA . CIVIVM . ET . SVPPLICATIONES

SERVET . TE . DEVS . INCOLVMEM . ATQVE . FORTVNET
REX . BENEFICENTISSIME
VNA . CVM . ELISABETHA . REGINA
SOSPITA . PACIFERA
FERDINANDO . PRINCIPE . IVVENTVTIS
OMNIQVE . REGIA . DOMO
QVAM . DIVTISSIME
VALEAS . OPTIME . PRINCEPS
FELICITER . IMPERES
FLORENTEM . BORBONIAE . MAIESTATIS . GLORIAM
ALIIS . SVPER . ALIA . MEMORANDIS . OPERIBVS . AVGEAS
ET . QVAMDIV . MORTALIS . FVERIS
NIHIL . EX . DOMO . TVA . MORTALE . ESSE . SENTIAS

AT . TV . DIVORVM . PRINCEPS . TVTELARIVM
SIS . VSQVE . BONVS . TVO . ET . PRAESENTI . NVMINE .
IVVES . IANVARI . VOTA . COMPRECANTIVM

ADVENTVI . EXPECTATISSIMO
FRANCISCI . I .
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
ET . ELISABETHAE . AVGVSTAE
QVA . OPTIMI . PRINCIPES
FILIA . SVA . REGINA . FLORENTISSIMA . HISPANIAE . COMMODATA
IN . PATRIAM . REDVCES
DEO . CONSERVATORI
ET . DEIPARAE . VIRGINI . SINE . ORIGINIS . LABE . CONCEPTAE
GRATIAS . ACTVRI
HAS . AEDES . MAIESTATI . SVAE . COMPLEVERVNT
GRATVLATIONVM . OFFICIA . ET . LAETITIAS . SIGNIFICATIONES

NEAPOLITANI . CIVES . VOSQVE . SICVLI
QVIQVE . HEIC . SEDETIS . PEREGRINI . ET . INCOLAE
INCOLVMES . ECCE . VOBIS . EX . IBERIA
REDIERE . AVGVSTI . PRINCIPES . FAVSTISSIMI
ACCVRRITE . ADVOLATE . VOTA . SOLVITE
NOVA . NVNCVPANTES . ATTAMEN . SOLLEMNIA
QVEIS . REGI . AVGVSTO . INVICTO . AVGVSTAEQVE . DOMVI
VIVACITATEM . ET . IMPERI . CONSTANTIAM
LAETO . ADCLAMANTES . PLAVSV . COMPRECAMINI

AT . TV . IANVARI . DIVE . PRAESENTISSIME
NOSTRIS . VOLENS . PRECAMVR . VOTIS . ANNVE

DIVO . IACOBO . DE . MARCHIA
ANNIVERSARIA . SACRA . SOLLEMNIA

QVIBVS . IVS . FASQVE . ADIRE
VENERABVNDI . ADEVNTO . ET . MENTE . PVRA

1.

D. O. M
ET . DIVO . IACOBO . DE . MARCHIA
PRO . SALVTE . ET . INCOLVMITATE
DD. NN. FRANCISCI . I . P. F. A
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
ET . ELISABETHAE . REGINAE . FAVSTISSIMAE
AC . PRO . DOMVS . AVGVSTAE . FELICITATE . ET . CONSTANTIA
VOTA . ET . SVPPLICATIONES

AT . TV . IACOBE . DIVE . PRAESENTISSIME
SIS . VSQVE . ET . VSQVE . BONVS . TVOQVE . NVMINE
REGEM . TVERE . AVGVSTVM . AVGVSTAM . CONIVGEM
DOMVMQVE . REGIAM . POPVLOSQVE . SVBDITOS

2.

IACOBVS . DE . MARCHIA
CHRISTIANIS . VIRTVTIBVS . INSTRVCTVS . VNIVERSIS
QVAMVIS . CAELESTIVM . RERVM . CONTEMPLATIONI
IN . OMNES . PARTES . MANCIPATVS
TANTA . EXCELLVIT . STRENVITATE . AC . SAPIENTIA
VT . SEPTEM . ROM PONTIFICVM . LEGATIONES
PRO . CATHOLICA . RELIGIONE
FELICI . SEMPER . EXITV . GESSERIT
IPSOSQVE . SVMMOS . REGES
DIFFICILLIMIS . TEMPORIBVS . IVVERIT . CONSILIO . ATQVE . OPERA
DIGNVS
QVI . OMNIVM . ANNALIVM . MONVMENTIS
CELEBRETVR
CHRISTIANI . NOMINIS . ORNAMENTVM

3.

PAVLVM . APOSTOLVM . GENTIVM
IACOBVS . DE . MARCHIA . AEMVLATVS
MAGNIS . ITINERIBVS . SINE . SACCVLO . ET . PERA . CONFECTIS
QVA . CONCIONVM . GRAVITATE
QVA . PACIS . RECONCILIATIONE
QVINQVAGINTA . HAERETICORVM . MILLIBVS
AD . SANIORA . CONSILIA . REVOCATIS
INNVMERIS . INFIDELIBVS . SACRO . BAPTISMATE . ABLVTIS
ATQVE . AMPLISSIMIS . ECCLESIASTICIS . HONORIBVS
SVMMA . ANIMI . DEMISSIONE . RECVSATIS
SE . VIRVM . VERE . APOSTOLICVM
COMMONSTRAVIT

4.

O . CIVES . CIVES
DIVVS . IACOBVS . DE . MARCHIA
PATRONVS . VESTER . EST . DISERTISSIMVS
AGITEDVM . IN . ID . STVDIVM . INCVMBITE
VT . IPSIVS . PRECE . IMPLORATA
CAVTVM . VOBIS . PROSPECTVMQVE . PERPETVO . SIET

O . VOS . OMNES
QVIBVS . TEMPLVM . INIRE . DATVM
FAVETE . ADESTE . MENTE . PVRA
ET . CHRISTO . GENERIS . HVMANI . REDEMTORI
QVI . MORTE . SVA
CAPTIVAM . IN . TRIVMPHVM . DVXIT . CAPTIVITATEM
GRATIAS . AGITE
VENERABVNDI

SACELLVM
DIVO . CAIETANO . SACRVM
VETVSTATE . FOEDVM . SQVALIDVM
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIENSIS
ALTARI . E . MARMORE . AFFABRE . EXSTRVCTO
LATA . FENESTRA . AD . ORIENTEM . PERFORATA
INDVCTO . QVAQVAVERSVM . TECTORIO
CLAVSTRO . FERREISQVE . CANCELLIS . COMMVNIVIT
QVO . ET . SACRIS . MAIOR . E . LONGINQVO . FORET . REVERENTIA
ET . STABIENSES . EPISCOPI
HEIC . IN . COMMVNI . REQVIETORIO . SINE . STREPITV
OBDORMIRENT . IN . PACE
BEATAM . EXSPECTANTES . RESVRRECTIONEM

FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIENSIS
HANC . AEDICVLAM . DIVO . BLASIO . SACRAM
A . FVNDAMENTIS . EXCITAVIT
PEC . S
QVAM . ARA . E . MARMORE . EXSCVLPTA
DIVIQVE . MARTYRIS . IMAGINE . DEPICTA
TECTORIO . OPERE . EXORNATAM
DEDICAVIT
ANNO . MDCCCXXIX

GASPAR . CAPONIVS
EX . CL. ADVOCATORVM . ORDINE
INTER . XXIV-VIROS . DE . SVMMIS . IMPERII REBVS . CONSVLTORES
A . FERDINANDO . I BORBONIO . ADSCRIPTVS
MORTALITATIS . MEMOR
HOC . MONVMENTVM . SIBI . ET . ADGNATIS
P . C
ANNO . MDCCCXXIX
MONACHI . COENOBITAE . SVB . TVTELA . DIVAE . THERESIAE
PATRONO . SVO . BENEMERENTISSIMO
PRO . CAVSA . ADVERSVS . N. N
NON . GRAVATE . SED . GRATVITO . DEFENSA
IN . GRATI . ANIMI . TESTIMONIVM
LOCVM . DEDERVNT

ADVENTVI . AVSPICATISSIMO
DD. NN. FRANCISCI . I REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
ET . ELISABETHAE . REGINAE . PIENTISSIMAE
QVOD . HAS . AEDES
DEIPARAE . IN . CAELVM . ASSVMPTAE . SACRAS
OPTIMI . PRINCIPES
MAIESTATE . SVA . COMPLEVERVNT
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
D. N. M. Q. E. E

AT . TV : DIVA : SOSPITA . CLEMENTISSIMA
ADSIS . VOLENS . PROPITIA
TVOQVE . PRAESENTI . NVMINE
REGI . REGIAEQVE . DOMVI
CAVTVM . PERPETVO . PROSPECTVMQVE . VELIS

PRO . SALVTE . ET . INCOLVMITATE
FERDINANDI . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
P. F. A
AETERNAE . CIVIVM . CONCORDIAE . FVNDATORIS
ET . PRO . CONSTANTIA . DOMVS . AVGVSTAE
VOTA . POPVLI . ET . SVPPLICATIONES

SOSPITET . TE . DEVS . OPT . MAX
FERDINANDE . REX . BENEFICENTISSIME
POPVLORVM . AMOR . ET . DELICIAE
TEQVE . IN . SVBDITARVM . GENTIVM . COMMODVM
IN . AEVVM . FORTVNET
PRAECLARA . INGENII . TVI . FACINORA
DECVRRENTIBVS . SAECVLIS . NVLLA . OBSCVRABIT . OBLIVIO
GLORIAE . TVAE . DOMICILIVM
NON . TERRAE . SED . CAELI . REGIONIBVS . TERMINABITVR
MACTE . VIRTVTE . TVA
VIVAS . VALEAS . FELICITER . IMPERES
REGVM . FAVSTISSIME
AETERNVM . MAIESTATIS . BORBONIAE . ORNAMENTVM

O . QVOTQVOT . ESTIS . CIVES . QVOTQVOT . INCOLAE
ADCVRRITE . ADVOLATE . VOTA . SOLVITE
NOVA . NVNCVPANTES . ATTAMEN . SOLLEMNIA
QVEIS . FERDINANDO . REGI . CLEMENTISSIMO
CVNCTISQVE . AVGVSTA . GENTE . DE . BORBONIA
VIVACITATEM . ET . IMPERII . CONSTANTIAM
TRANQVILLITATEM . FAVSTITATEM . COPIAM
A . REGE . REGVM . MENTE . PVRA . POSCITE

AT . TV . IANVARI . DIVE . PRAESENTISSIME
SIS . BONVS . ET . ADSIS . VOTIS . COMPRECANTIVM

FERDINANDO . II
FRANCISCI . I FILIO
FERDINANDI . I NEPOTI
CAROLI . III . HISPANIARVM . MONARCHAE . PRONEPOTI
PHILIPPI . V . ABNEPOTI
PARMAE . PLACENTIAE . ET . CASTRI . DVCI
MAGNO . HETRVRIAE . PRINCIPI
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . AVGVSTO
QVOD
VERNANTE . ADHVC . AETATE
IN . FELICISSIMIS . REGII . IMPERII . SVI . AVSPICIIS
GRATIAS . DOMINANTIVM . DOMINO . ACTVRVS
CONSPECTV . SVO . IVCVNDISSIMO
CIVITATEM . EXHILARAVERIT . VNIVERSAM
HAS . SACRAS . AEDES . MAIESTATE . COMPLEVERIT
DIVOQVE . IANVARIO . PATRIORVM . TVTELARIVM . PRINCIPI
PYXIDEM . AVREAM . GEMMIS . DISTINCTAM . CLARISSIMIS
CHRISTO . DEO . VIVO . ET . VERO
SVB . MYSTICIS . ADSERVANDO . SYMBOLIS
DONO . DEDERIT
NEAPOLITANI . CIVES
OPTIMO . PRINCIPI
OFFICIA . GRATVLATIONVM
ET . LAETITIAE . SIGNIFICATIONES

1.

D. O. M
PRO . SALVTE . ET . INCOLVMITATE
FERDINANDI . II
PACIS . AETERNAE . FVNDATORIS
VOTA . CIVIVM . ET . SVPPLICATIONES

OPTIME . VALEAS . PRINCEPS . PROVIDENTISSIME
FELICITER . IMPERES
FLORENTEM . BORBONIAM . MAIESTATEM
OPERIBVS . AVGEAS . MEMORANDIS

2.

IN . AVLA . EDVCATVS . ATQVE . IN . SVMMO . FASTIGIO . POSITVS
MORIBVS . AD . RELIGIONIS . NORMAM . COMPOSITIS
ALIORVM . VEL . PERICVLIS . VEL . INCOMMODIS . DEPRECANDIS
PENITVS . MANCIPATVS
SE . NON . FORTVNAE . SED . HOMINIBVS . AMICVM
DEMONSTRAVIT

PRO . FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQ. SIC. REGE . P. F. A
QVEM . NATVRA . AD . VIRTVTVM . OMNIVM . EFFIGIEM . FINXIT
QVIQVE . ADHVC . ADOLESCENS
ET . IN . SVMMO . RERVM . HVMANARVM . CVLMINE . LOCATVS
FRAENA . CVPIDITATIBVS . IMPOSVIT
PVBLICIS . CALAMITATIBVS . DEPELLENDIS
SVBDITISQVE . GENTIBVS . LEVANDIS . MAXIMOPERE . INTENTVS
VOTA . ET . SVPPLICATIONES

1.

D. O. M
CONSERVATORI . COMITI . CVSTODI
PRO . ITV . ET . REDITV . FAVSTISSIMO
FERDINANDI . II
POPVLORVM . PARENTIS . VIGILANTISSIMI
VOTA . ET . SVPPLICATIONES

2.

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
P. F. A
REGENDIS . IMPERIO . POPVLIS . NATO
QVOD
SICILIA . PERLVSTRATA
HANC . PRINCIPEM . VRBEM
MVLTVM . DIVQVE . IPSIVS . DESIDERIO . LABORANTEM
PRAESENTI . MAIESTATE . EREXERIT . RECREAVERIT
ORDO . POPVLVSQVE . NEAPOLITANVS
GRATVLATIONVM OFFICIA
ET . GEMINATAS . LAETITIAE . SIGNIFICATIONES

3.

ADVENTVI . EXPECTATISSIMO
FERDINANDI . II
PACIS . AETERNAE . FVNDATORIS
IO . LAETAMINI . NAEPOLITANI . CIVES
OMNIVM . MORTALIVM . AVSPICATISSIMI
VOTA . PRO . OPTIMO . PRINCIPE . SOLLEMNIA . SVSCIPITE
CVIVS . INCOLVMITATE
PVBLICA . SALVS . CONTINETVR

ADVENTVI . EXPECTATISSIMO
DD. NN
FERDINANDI . II
PATRIAE . PARENTIS
P. A. F
ET . MARIAE . CHRISTINAE . REGINAE . FLORENTISSIMAE
QVA . PIENTISSIMI . PRINCIPES
AVSPICATISSIMIS . CONSOCIATI . NVPTIIS
E . LIGVSTICO . SINV . DOMVM . FELICITER . ADVECTI
REGI . REGVM
GRATIAS . CHRISTIANO . RITV . ACTVRI
AD . HANC . METROPOLITANAM . ECCLESIAM
NVLLA . INTERPOSITA . MORA . CONVOLARVNT
ORDO . POPVLVSQVE . NEAPOLITANVS
INSIGNEM . PIETATEM . ADMIRATI
PLAVSVS . ACCLAMATIONES
ET . OFFICIA . GRATVLATIONVM

PRO . SALVTE . ET . INCOLVMITATE
FERDINANDI . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
ET . MARIAE . CHRISTINAE . REGINAE . FAVSTISSIMAE
EIA . NEAPOLITANI . CIVES
OMNIVM . POPVLORVM . FELICISSIMI
SVSCEPTA . VOTA . SOLVITE
NOVAQVE . SOLLEMNIA . NVNCVPATE
PRINCIPIBVS . OPTIMIS
VIVACITATEM . GLORIAM . FOECVNDITATEM
FELIX . SIMVL . IMPERIVM . ADPRECATI
ET . CONSTANTEM . DOMVS . AVGVSTAE . MAIESTATEM

ANNVAT . DOMINANTIVM . DOMINVS
VOTAQVE . SEMPER . SOLVI . VELIT
SEMPERQVE . SIGNARI

QVOD . BONVM . FAVSTVM . FELIX
FERDINANDO . II REGI . CHRISTINAEQVE . REGINAE
DOMVI . AVGVSTAE . VNIVERSAE
TOTIQVE . NEAPOLITANO . ORBI
SIT
DIVVS . ALOYSIVS . GONZAGA
INTER . EXVLTANTIS . POPVLI . GRATVLATIONES
PER . VRBIS . COMPITA
SOLLEMNI . POMPA
VELVTI . PER . TRIVMPHVM . DEDVCTVS
AB . IPSO . DIVO . IANVARIO
PRAESENTISSIMO . HVIVS . CIVITATIS . PRINCIPE . PATRONO
ADSTANTE . PHILIPPO . CARACCIOLO . S. R. E. CARD. ARCHEP. NEAP.
VNA . CVM . ECCLESIASTICO . SENATV
ET . CLERICALI . PRIMARIO . COMITATV
ORDINE . POPVLOQVE . LATERI . ADHAERENTE
IN . HOC . TEMPLVM . EXCIPITVR
ATQVE . IN . PROPRIA . SEDE . LOCATVR
IN . TVTELARIVM . DIVORVM . SOCIETATEM
SACRO . RITV . PERACTO
COOPTATVS

EIA . QVOTQVOT . ESTIS
CIVES . PEREGRINI . ATQVE . INCOLAE
VOCES . GRATI . ANIMI . TESTES . AD . CAELVM . ATTOLLITE
CONSTANTEM . FAVSTITATEM
BORBONIIS . REGNATORIBVS
ET . SVBIECTIS . POPVLIS
ADPRECANTES

ADVENTVI . AVSPICATISSIMO
FERDINANDI . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
AVGVSTI . PII . FELICIS
PATRIAE . PARENTIS . AMANTISSIMI
X--VIRI . CVRATORES
D. N. M. Q. E

FORTVNET . TE . DEVS . OPT. MAX
REX . PIENTISSIME
AVGVSTAMQVE . FLORENTISSIMAM . DOMVM
IN . AEVVM . AETERNET
MACTE . VIRTVTE . TVA
MAIORVMQVE . TVORVM . GLORIAM
ALIIS . SVPER . ALIA . MEMORANDIS . OPERIBVS
ET . FORTIS . ET . INCOLVMIS . AVGEAS

TV . VERO . IANVARI
VRBIS . REGNIQVE . NEAP. SOSPITATOR
POPVLORVM . VOTIS . ANNVE . VOLENS . PROPITIVS
REGIQVE . AVGVSTAEQVE . DOMVI
TVO . PRAESENTI . NVMINE
PERPETVO . ADESTO

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQ. SIC. REGI . A. P. F
INGENITA . MORVM . SVAVITATE
ET . MAXIMORVM . OPERVM . GLORIA
OMNIVM . PRAECONIIS . CELEBRANDO
QVOD . OPTIMIS . LEGIBVS
ET . EXEMPLO . SVO
NEAP. ORBEM . IACENTEM . EREXERIT
TORPENTIA . INGENIA
AD . EXTERORVM . AEMVLATIONEM . EXCITAVERIT
NEAP. CIVITAS
OPT. PRINCIPI . ET . CVM . SVMMA . BENIGNITATE . IVSTISSIMO

FAXIT . DEVS . OPT. MAX
PRINCEPS . FAVSTISSIME
VT . HVNC . NAT. DIEM . ALIOSQVE . PLVRIMOS
QVAM . FELICISSIMOS . AGAS
ET . QVAMDIV . MORTALIS . FVERIS
NIHIL . EX . DOMO . TVA . MORTALE . ESSE . SENTIAS
AETERNAQVE . LAVDE . FLORENTEM . VIRTVTIS . TVAE . GLORIAM
MAGNIS . SEMPER . AVGEAS . INCREMENTIS

SACELLVM . CHRISTO . VAGIENTI . SACRVM
CVM . SEPVLCHRO . PICCOLOMINAEORVM GENTILITIO
PETRVS . ALOYSIVS . MOSCHINIVS . INNOCENTII . F
DOMO . IRIA
A . IOSEPHO . PIGNATELLIO . VALLIS . PRINCIPE
VLTIMO . PICCOLOMINAEAE . GENTIS . HEREDE
SIBI . SVISQVE . POSTERISQVE . EORVM
MORTALITATIS . MEMOR
OPTIMO . IVRE . PARAVIT
ANNO . MDCCCXXVI

1.

ADVENTVI . AVSPICATISSIMO
DD. NN
FERDINANDI . II BORBONII
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
ET . MARIAE . THERESIAE . EX . AVSTRIACA . IMP. PROGENIE
REGINAE . FAVSTISSIMAE
QVA . AVGVSTI . PRINCIPES
MATRIMONII . DIGNITATE . CONIVNCTI
MAXIMIS . CONFECTIS . ITINERIBVS
IN . HANC . CATHEDRALEM . ECCLESIAM
DOMINANTIVM . DOMINO . GRATIAS . ACTVRI
NVLLA . INTERPOSITA . MORA
CONVOLARVNT
CIVES . VNIVERSI . SVIS . EMOTI . SEDIBVS
PLAVSVS . FAVSTAS . ACCLAMATIONES
ET . OFFICIA . GRATVLATIONVM
CONSTANTEM . INDE . AVGVSTAE . DOMVI . MAIESTATEM
ET . PLVRES . PARENTIBVS . SIMILES . FILIOS
ADPRECATI

2.

PRO . SALVTE . ATQVE . INCOLVMITATE
FERDINANDI . II P. F. A
ET . MARIAE . THERESIAE . REGINAE . FLORENTISSIMAE
VOTA . CIVIVM . ET . SVPPLICATIONES
VIVAS . VALEAS . STRENVVS . ET . FORTIS . FELICITER . IMPERES
FERDINANDE . REGVM . OPTIME
CVM . REGINA . CONIVGE . PIENTISSIMA
MACTE . VIRTVTE . TVA
POPVLORVM . AMOR . ET . DELICIAE
MEMORABILE . MAIORVM . TVORVM . NOMEN
ALIIS . SVPER . ALIA . PRAECLARIS . OPERIBVS . VINCAS
GLORIAE . TVAE . DOMICILIVM
NON . TERRAE . SED . CAELI . REGIONIBVS . TERMINABITVR
ITERVM . VIVAS . FELICITER . IMPERES
REGIAE . MAIESTATIS . ORNAMENTVM

3.

O . CIVES . CIVES
ADCVRRITE . ADVOLATE
REX . VESTER . SOSPES . ET . INCOLVMIS
E . GERMANIAE . FINIBVS . REDVX
MATRIMONIO . SIBI . IVNCTA . REGINA . INCOMPARABILI
IMPLETAQVE . OMNIVM . EXPECTATIONE
CVNCTIS . LAETITIIS . LAETVS
COMITATE . ET . BENEFICENTIA . COMITE
IN . MEDIO . VESTRI . EST
AGITE . SVSCEPTA . VOTA . SOLVITE
NOVAQVE . NVNCVPATE
PRO . FLORENTISSIMORVM . PRINCIPVM . VIVACITATE
GLORIA . ET . PERENNI . FELICITATE

AT . TV . DIVORVM . PATRONORVM . PRINCEPS
IANVARI
NEAP. ORBIS . TVTELA . PRAESENS
PRAECANTIVM . VOTIS . ANNVE
ET . ILLVD . A . DEO . SERVATORE . EXORATO
VT . EA . SEMPER . SOLVANTVR . SEMPERQVE . SIGNENTVR

O . CIVES . CIVES
ANNIVERSARIA . EXPECTATA . DIES
SANCTISSIMO . NOMINI . IESV . SACRA
FELICIBVS . ILLVXIT . AVSPICIIS
EIA . AGITE
HVC . OMNIBVS . LAETITIIS . LAETI . ADVOLATE
ET . VIROS . LITTERARVM . HONORE . COMMENDATISSIMOS
AVGVSTVM . E . CAELO . DEMISSVM . NOMEN
VARIO . CARMINE . CONCINENTES
PLAVSV . MVLTIPLICI . ET . GRATVLATIONVM . OBSEQVIIS
EXCIPITE

FAXIT . VOLENS . PROPITIVS
QVI . GENERI . HVMANO . SALVTEM . DEDIT
VT . GENTES . VNIVERSAE
SVB . HOC . SALVTARI . SIGNO . TAMQVAM . OVES . CONSOCIATAE
VNVM . SVPREMVM . AGNOSCANT . PASTOREM
VNVM . OVILE

ANNIVERSARIA . ENCAENIORVM . RECVRRENTE . DIE
ACADEMICI . SODALES . THEANDROPHILI
SVB . PATROCINIO . NOMINIS . IESV . RITE . CONSOCIATI
DVCE . ATQVE . AVSPICE . PHILIPPO . IVDICE . CARACCIOLO
S. R. E. CARDINALE . ARCHIEPISCOPO . NEAP
SODALITATIS . MAGISTRO
IN . HOC AVGVSTVM . TEMPLVM .
EX . RECEPTO . MORE . CONVENERVNT
DEMISSVM . E . CAELO . NOMEN
MVLTIPLICI . LAVDVM . PRAECONIO
CELEBRATVRI

EIA . QVOTQVOT . ESTIS
CIVES . PEREGRINI . ATQVE . INCOLAE
ACCVRRITE . ADVOLATE
ET . SALVTIFERI . NOMINIS . PRAECONIBVS
SVBMISSIS . PLAVDITE . ACCLAMATIONIBVS
GRATVLANTES

QVOD . BONVM . FAVSTVM . FELIX
HVIC . CIVITATI
ATQVE . VNIVERSO . ORBI . NEAPOLITANO . SIT
ACADEMICI . CATHOLICO-THEANDROPHILI
SVB . TVTELA . NOMINIS . IESV . CONSOCIATI
A . FERDINANDO . II
CAROLI . III CATHOLICI . REGIS . PRONEPOTE
LVDOVICI . MAGNI . REGIS . CHRISTIANISSIMI . TRINEPOTE
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGE . P. F. A
SACRA . PROBATORIA . EXORATA
ET . SODALITATIS . FIRMATA . SECVRITATE
ANNIVERSARIA . RECVRRENTE . DIE
PHILIPPO . S.R.E. CARDINALE . IVDICE . CARACCIOLO . ARCHIEP. NEAP.
DVCE . ATQVE . AVSPICE
IN . HOC . TEMPLVM . DE . MORE . CONVENIVNT
ADMIRABILE . DEI . SALVATORIS . NOMEN
MVLTIPLICI . LAVDVM . PRAECONIO . CELEBRATVRI

AGITE . PORRO
QVIBVS . AD . TEMPLVM . IVS . EST . ET . FAS . ADIRE
CIVES . PEREGRINI . ET . INCOLAE
FAVETE . ADESTE . AEQVO . ANIMO
ET . VIROS . LAVDATISSIMOS
DE . IESV . NOMINE . OPTIME . MERENTES
DEBITIS . VIRTVTI . PRAEMIIS . EXCIPITE
ET . OFFICIIS . GRATVLATIONVM

SACRARIVM
MAIORVM . INCVRIA . AC . VETVSTATE . DEFORMATVM
STABIANI . CIVES
CATHEDRALIS . HVIVS . ECCLESIAE . PATRONI
NOVO . LATERITIO . PAVIMENTO . EXORNARVNT
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIENSIS
QVO . SACRIS . MAIOR . FORET . REVERENTIA
SCRINIIS . EDACITATE . TEMPORIS . DILACERATIS . CORRVPTIS
DE . INTEGRO . AFFABRE . ELABORATIS
ATQVE . OMNIGENA . ECCLESIASTICA . SVPELLECTILE . INSTRVCTIS
IN . ELEGANTIOREM . FORMAM . REDEGIT
PATRIMONIALI . PEC. SVA
ANNO . MDCCCXXX

TEMPLVM
DIVO . LAVRENTIO . MARTYRI . SACRVM
AB . OLIVETANIS . OLIM . COENOBITIS . AEDIFICATVM
TEMPORIS . VETVSTATE . RVINOSVM . SQVALIDVM
FRANCISCVS . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX
P. F. A
ORNAVIT . INSTRVXIT
AN. MDCCCXXVII
ANTONIVS . LAVDANNA . PAROCHVS
VINCENTII . GERMANI . FRATRIS . PIETATEM
AEMVLATVS
QVO . AVGVSTAE . BENEFICENTIAE . MEMORIA
NVMQVAM . INTERCIDERET
H. M. P. C
AN. REP. SAL. MDCCCXXXI

QVO
DIVINAE . DOMVI . AVGVSTIOR . ADITVS . PATERET
DOMINICVS . NARNIVS . MANCINELLIVS
ARCHIEPISCOPVS . CONSENTINVS
SCALIS . ADSCENSV . FACILIORIBVS . FACTIS
TVRRIBVS . HINC . ATQVE . HINC . AEDIFICATIS
DIEBVS . ALTERA . AC . MENSIBVS . INDICANDIS
ALTERA . HORARIIS . ENVNTIANDIS . SPATIIS . POSITA
OBIACENTE . FORIBVS . AREA
LATERITIO . LAPIDE . ALIOQVE . ADPOSITO . ORNATV . EXPOLITA
VNIVERSAM . BASILICAE . FRONTEM
TEMPORIS . EDACITATE . CORRVPTAM . DISSOLVTAM
OMNI . OPERVM . NITORE
AD . GOTHICAM . REGVLAM
IN . ELEGANTISSIMAM . FORMAM . REDEGIT
PEC. S
ANNO R. S. MDCCCXXXI

1.

DVM . TEMPLI . FRONTEM . SERVAT . GOTHICO . ORDINE . PRAESVL
NARNIVS . ECCE . TIBI . NOBILE . NAVAT . OPVS
SCILICET . ANTE . FORES . PROTENDITVR . AREA . LATA
QVAE . TIBVRTINO . MARMORE . STRATA . NITET
INDE . AMPLAE . EXCVRRVNT . SCALAE . TVM FERREA . CLAVSTRA
INVIOLATA . TEGVNT . ATRIA . SACRA . DOMVS
HINC . ATQVE . HINC . CELSAE . TVRRES . HAEC . NVNTIAT . HORAS
ILLA . SIMVL . MENSES . INDICAT . ATQVE . DIES
TEMPLO . GRANDE . DECVS . PRAESVL . PROPRIO . AERE . PARAVIT
NEMPE . ILLVM . VNVS . AGIT . RELIGIONIS . AMOR
ANNO REP. SAL. MDCCCXXXI
ARCHIEPISCOPALIS . SACERDOTII . SVI . XIV

2.

RELIGIONIS . AMOR . SACRATA . HAEC . LIMINA . PANDIT
LIMINA . POLLVTIS . NON . ADEVNDA . VIRIS
HVC . CONSENTINI . VOS . HVC . ADCVRRITE . OVANTES
NVNC . PRECE . NVNC . VOTIS . SOLLICITATE . DEVM
VT . GENVS . ELECTVM . PRAESENTI . NVMINE . SERVET
PONTIFICEM . SVMMVM . SOSPITET . ATQVE . REGAT
PROPITIVS . REGEM . AVGVSTVM . FORTVNET . IN . AEVVM
BORBONIVM . AETERNET . NOMEN . ET . IMPERIVM
VOS . PRAESVL . VERA . INSIGNIS . VIRTVTE . PRAEIBIT
QVI . PATER . ET . CVSTOS . QVIQVE . MAGISTER . ERIT
ANNO . MDCCCXXXI

SODALES . SVB . TVTELA . B. ALPHONSI . M. DE . LIGORIO
HOC . SACELLVM . SACRIS . CONVENTIBVS . AGENDIS
SIBI . DELEGERVNT
ATQVE . ELEGANTIA . QVANTA . MAXIMA . EXORNARVNT
ECCLESIAM . INDE . VNIVERSAM
A . FERDINANDO . II REGE . AVGVSTO
PLENO . DOMINII . IVRE . SIBI . TRADITAM
DETERSA . VETVSTATIS . LABE
OMNI . EX . PARTE . QVA . OPVS . INSTAVRARVNT . INSTRVXERVNT
ANNO . MDCCCXXXVI

SACELLVM
NATIVITATIS . IESV . CHRISTI NOMINE . INSIGNITVM
PER . FELICIAM . LONGOBARDIAM
EX . NOBILI . LONGOBARDIORVM . DE . CRVZ . AHEDO . AGNATIONE
SVPERSTITEM
AD . FAMILIAM . DE . VITO . PISCICELLIAM
HEREDITARIO . PATRONATVS . IVRE . DELATVM
TEMPORIS . VETVSTATE . SQVALIDVM
EQVES . FRANCISCVS . DE . VITO . PISCICELLIVS . TRIB. MIL.
PONTIVM . OLIM . ET . VIARVM . CVRATOR
FELICIAE . CONIVX . DILIGENTISSIMVS
MAXIMA . ELEGANTIA . REFECIT
OMNIQVE . CVLTV . EXORNAVIT
ANNO . R. S. MDCCCXXXIII
ET . NE . SAECVLIS . DILABENTIBVS
IVRIS . TRANSLATI . VICES . OBLIVIONI . DARENTVR
HOC . MONVMENTVM . P. C
GRATI . ETIAM . ANIMI . TESTIMONIVM . FVTVRVM
ERGA . VXOREM . BENE . MERENTEM
CVM . QVA . VIXIT . ANNOS . XXXIV. M. II. D. XXVI
SINE . VLLA . QVERELA

TEMPLVM
SS. COSMAE . ET . DAMIANO . SACRVM
ANGVSTVM . OLIM . INORNATVM
SECVNDINIANENSES . CIVES
AERE . COLLATO
LATIORIBVS . SPATIIS . CIRCVMSCRIPTVM
IN . AVGVSTIOREM . FORMAM
A . FVNDAMENTIS . EXCITARVNT
ANNO . MDCCV
TEMPORIS . PORRO . EDACITATE . CORRVPTVM
TECTORIO . QVA . OPVS . INDVCTO
ALBARIO . OPERE
ELEGANTIA . QVANTA . MAXIMA . EXORNARVNT
ET . NOVA . SVPELLECTILE . INSTRVXERVNT
PEC. P
ANNO . MDCCCXXXV

TEMPLVM
DIVO . IOANNI . DE . DEO . SACRVM
PVBLICO . ADDICTVM . NOSOCOMIO
TEMPORIS . EDACITATE . CORRVPTVM
STABIENSIS . BENEFICENTIAE . CVRATORES
NOVO . TECTORIO . PARIETIBVS . INDVCTO
ALTARIBVS . REAEDIFICATIS . ET . APPARATISSIME . INSTRVCTIS
ORGANO . APTIORI . SEDE . LOCATO
FACILIQVE . AD . ILLVD . ADITV . PATEFACTO
IN . ELEGANTIOREM . FORMAM . REDEGERVNT
FRANCISCVS . COLANGELVS
ECCLESIAE . STABIENSIS . EPISCOPVS
QVO . MORAE . DISPENDIIS . SVBLATIS
CONTINVO . SACRA . FIERENT
ET . CIVIVM . VOTA . EXPLERENTVR
SACRO . RITV . BENEDICTIONIS . SOLLEMNIIS
DEDICAVIT
V IDVS . MARTII . MDCCCXXXIII

SODALES
SVB . TVTELA . SANCTAE . MONICAE
NE . POST . MORTEM . DISIVNCTI . QVIESCERENT
QVI . FRATERNA . CHRISTIANA . CARITATE . CONSOCIATI . VIXERVNT
HOC . COMMVNE . REQVIETORIVM
SIBI . SVISQVE . SVCCESSORIBVS
POSVERVNT
ANNO . R. S. MDCIV
QVOD . DEINCEPS . TEMPLO . COLLAPSO . DISSOLVTVM
PRAEFECTI . SODALITIO
NOVO . LAPIDE . INSCRIPTO
IN . ELEGANTIOREM . FORMAM . RESTITVERVNT
ANNO . MDCCCXXXV

CVICVI . AD . HOC . COEMETERIVM . ADIRE . DATVR
SIVE . HOSPES . FVAT . SIVE . CIVIS
ANIMABVS . IN . SPE . DORMIENTIBVS
AETERNAM . SECVRITATEM
ADPRECATOR

D. O. M
SACELLVM
DIVO . CHRISTOPHORO . SACRVM
VETVSTISSIMO . PATRONATVS . IVRE
IN . BOSCORVM . FAMILIA . SERVATVM
A . CAESARE . BOSCO
XXIV--VIRO . LITIBVS . IVDICANDIS . IN . REGIO . S. CLARAE . SENATV
AD . CAESAREM . NEPOTEM . HEREDITARIO FIDEICOMISSO. DELATVM
INDE . HVIC . ECCLESIAE . SVB TITVLO. S. ANNAE LONGOBARDORVM
REMISSVM
ECCLESIAE . EIVSDEM . GVBERNATORES
FERDINANDO . II. REGNI. VTRIVSQVE. SICILIAE. REGE. AVG. ANNVENTE
INSTRVMENTO . RITE . CONFECTO
IN . GERMANOS . FRATRES
PASCHALEM . ET . FRANCISCVM . XAVERIVM . CARVSOS
SECVNDVM . ECCLESIASTICAS . REGVLAS . TRANSTVLERVNT
ANNO . MDCCCXXXIV
NE . VERO . SAECVLIS . DECVRRENTIBVS
TRANSMISSI . IVRIS . VICES . OBLIVIO . DELERET
IIDEM . GERMANI . FRATRES
MEMOREM . LAPIDEM
P. C

SACELLVM
DIVO . IOSEPHO . SACRVM
VNA . CVM . SEPVLCRO
A . LEONARDO . MISCIA
HEREDITARIO . IVRE . AD . LELLARVM . FAMILIAM . DELATVM
TEMPORIS . VETVSTATE . CORRVPTVM
ANGELVS . LELLA . ET . NICOLAVS . GIVRA
CONIVNCTIS . CONSILIIS . ET . COLLATA . PECVNIA . REFECERVNT
OMNIQVE . CVLTV . EXORNARVNT
NE . VERO . TRANSMISSI . PATRONATVS . VICES
ET . COMMVNITATIS . CAVSAM
SAECVLIS . DECVRRENTIBVS . OBLIVIO . DELERET
MEMOREM . LAPIDEM
P. C
ANNO . R. S. MDCCCXXXIV

REGIVM . SODALITIVM
SVB . PATROCINIO . SS. VIRGINIS . SEPTEM . DOLORVM
INTRA . ECCLESIAM . SANCTO . SPIRITVI . SACRAM . OLIM . CONSOCIATVM
QVOD
POST . VARIAS . RERVM . ET . TEMPORVM . VICES
FERDINANDO . II REGE . AVGVSTO
PERPETVO . EIVSDEM . SODALITII . MAGISTRO . PROBANTE
IN . HOC . AVGVSTO . TEMPLO
PLENO . DOMINII . IVRE . CONSEDERIT
OPTIMO . PRINCIPI
LAPIDEM . GRATI . ANIMI . TESTEM
P. C
ANNO . MDCCCXXXV

SODALES
SVB . TVTELA . SS. VIRGINIS . SEPTEM . DOLORVM
ANNO . MDLXXX INTRA . ECCLESIAM . SANCTO . SPIRITVI . SACRAM
DIVINO . CVLTVI . EXERCENDO
EX . NOBILIBVS . HISPANIS . ET . NEAPOLITANIS . VIRIS
RITE . CONSOCIATI
INDE . DVCENTOS . ET . VIGINTI . QVINQVE . POST . ANNOS
ECCLESIA . INTER . VARIAS . RERVM . VICES . COMPLANATA
DIVAE . THERESIAE . TEMPLVM . VVLGO . HISPANORVM . DICTVM
ANGVSTIORIBVS . CONCLVSVM . SPATIIS
STATIS . CONVENTIBVS . AGENDIS . SIBI . DELEGERVNT
POST . ANNOS . VERO . P. M. XXXIX .
QVO . AVGVSTIORE . MAIESTATE . SACRA . MYSTERIA . FIERENT
A . FERDINANDO . II REGE
PERPETVO . SODALITII . MAGISTRO
HANC . ECCLESIAM . DEIPARAE . GRATIARVM . EXORARVNT
QVAM . PARIETIBVS . QVA . OPVS . REFECTIS
OPERE . ALBARIO . PICTVRIS . EXORNATAM
NOVAQVE . SVPELLECTILE . INSTRVCTAM
IN . ELEGANTIOREM . FORMAM . REDEGERVNT

SODALITII . PRAEFECTI
OPTIMI . PRINCIPIS
SINGVLARI . OBSTRICTI . BENEFACTO
SODALIBVS . CVNCTIS . PLAVDENTIBVS
LAPIDEM . GRATI . ANIMI . TESTEM
P. C
ANNO . R. S. MDCCCXXXVI

GREGORIO . XVI PONTIFICE . MAXIMO
FERDINANDO . II BORBONIO . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGE
PHILIPPVS . IVDICE . CARACCIOLO . EX . PRINCIPIBVS . VILLAE
S. R. E. CARDINALIS . ARCHIEPISCOPVS . NEAPOLITANVS
QVO . MAGNA . DOMVS . DEI . ELEGANTIA . CETERIS . PRAELVCERET
ET . SACRA . AVGVSTIORE . CVLTV . FIERENT
NVLLO . SIBI . PRAESCRIPTO . IMPENSARVM . MODO
TRIPLICES . EX . NVMIDICO . MARMORE . COLVMNAS
TECTORIO . ATQVE . ALBARIO . OLIM . INDVCTO . DECOLORATAS
PILASQVE EX . PRIVERNATE . SAXO . ILLIS . IMPOSITAS
VNO . EODEMQVE . OPERVM . NITORE
SINGVLARI ARTIFICIO.AD.NATIVAM.VENVSTATEM.REVOCARI.IVSSIT
CAPITVLIS . EXINDE . SVPRA . SINGVLAS . AFFABRE . INSCVLPTIS
INTERCOLVMNIIS.AB IMO.AD.SVMMVM.PARIO.LAPIDE.CONVESTITIS
PROIECTIS . PER . OMNEM . TEMPLI . AMBITVM . CORONIS
ET . AVRI . FVLGORE . SCITE . EXHILARATIS
PICTVRIS . PVLVERVLENTA . FOEDITATE . DETERSA . EXPOLITIS
ET . QVA . OPVS . REFECTIS
EXACTIS . AD . GOTHICAM . NORMAM . LATIORIBVS . FENESTRIS
CATHEDRALI . NEAPOLITANAE . ECCLESIAE
ASSERVIT . MAIESTATEM

OPVS . INGENTIS . MOLIMINIS
HEROICO . AVSV . SVSCEPTVM . ANNO . MDCCCXXXVII
ET . SOLLEMNI . POMPA . DEDICATVM
ANNO

SVB CVRA
RAPHAELIS CAPPELLI ARCH.

D. O. M
AEDICVLAM . HANC
DEIPARAE . SVB . NOMINE . SVCCVRRENTIS . DICATAM
A . FVLGENTIO . RICCIARDI . ANNO . MDCI . EXTRVCTAM
COGNATIONIS . ET . DONATIONIS . IVRE . FAMILIAE PASCA . DILATAM
Dr. IOAN. BAPTISTA . ET . EQVES . ALOYSIVS . PASCA
GERMANI . FRATRES
FVNDATORIS . PIETATEM . AEMVLATI
RESTITVI . ORNARI . SACRA . ICONE . LOCVPLETARI
CVRAVERVNT
ANNO . MDCCCXXXVII

VNA . EX . SEPTEM . ECCLESIIS
FERDINANDI . II REGNI . VTRIVSQ. SIC. REGIS
MVNIFICENTIA . INSTAVRATA
ATQVE . TECTORIO . ET . ALBARIO
OMNI . EX . PARTE . INDVCTO . EXPOLITA
ANNO . MDCCCXXXVII

QVO
FACILIOR . PATERET . IN . HYPOGAEVM . ADITVS
IN . QVO . SACRAE . B. IVSTINI . MART. RELIQVIAE
RECONDVNTVR
CAROLVS . CERNELLIVS . ARCHIEPISCOPVS . THEATINVS
VETERIBVS . DEIECTIS . GRADILES . ASCENSVS
FACILIORES . ATQVE . ELEGANTIORES
AB . INCHOATO . FECIT . PEC. SUA
ANNO . S. MDCCCXXXVI

TEMPLVM
DIVO . FRANCISCO . A . PAVLA . SACRVM
A . FERDINANDO . I BORBONIO
AVSPICATO . LAPIDE . IN . FVNDAMENTA . CONIECTO . INCHOATVM
ET . CAMERATO . FASTIGIO . CONSTRVCTVM
A . FRANCISCO . I
VESTIBVLO . CVM . ARTIFICIOSO . PERISTYLIO
ET . LATISSIMA . SVBIACENTE . AREA
AC . LONGA . CONTINENTI . PORTICATIONE . EXORNATVM
DVABVS . EQVESTRIBVS . STATVIS . CORONATIS . IN . EA . POSITIS
TEMPLI . ATQVE . AETERNAE . BORBONIAE . DOMINATIONIS
VELVTI . CVSTODIBVS . MVNITVM
FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . P. F. A
PATERNAM . ATQVE . AVITAM . MAGNIFICENTIAM . AEMVLATVS
ALTARIBVS . PICTVRIS . COLVMNIS
OMNIQVE . OPERVM . NITORE . EXPOLITVM
ET . SVPELLECTILE . ELEGANTISSIMA . INSTRVCTVM
OMNIBVS . NVMERIS . ABSOLVIT
TVM . SOLLEMNI . RITV . DEDICATVM
COENOBITIS . IN . EIVSDEM . DIVI . NOMEN . ADSCITIS
VNA . CVM . CONTINENTI . COENOBIO
IN . POSSESSIONEM . TRADIDIT
ANNO . MDCCCXXXVIII

CLASSIS II.

OPERUM PUBLICORUM, PRIVATORUMQUE

SISTE . VIATOR
FERDINANDVS . I BORBONIVS
CAROLI . III HISPANIARVM . MONARCHAE . FILIVS
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIERVSALEM . REX . AVG
HIC . EST
QVI . HANC . CIVITATEM
DE . NEAPOLITANO . NOMINE . OPTIME . MERITAM
VIVIDA . SVI . E . MARMORE . EXPRESSA . IMAGINE
MVNIFICENTIA . SINGVLARI
EXORNAVIT
ANNO . R. S. MDCCCXVII

SYNDICVS . CIVITATIS . ET . DECVRIONES
NE . FACINORIS . PRAECLARI . ET . REGALIS . BENEFACTI . MEMORIA
SAECVLIS . VOLVENTIBVS . DILABERETVR
HVNC . LAPIDEM . INSCRIBI
CVRARVNT
ANNO . MDCCCXXXV
INSIGNE . FIDEI . ERGA . PRINCIPEM . CONSTANTIS . EXEMPLVM
POSTERITATI . FVTVRVM
ET . NOBILE . VIRTVTIS . INCITAMENTVM

DOMVM
ANGVSTAM . ANTEHAC . ABNORMEM
ET . TEMPORIS . VETVSTATE . SQVALENTEM
A . FERDINANDO . I BORBONIO
COHAERENTIBVS . QVAQVAVERSVM . AEDIBVS . DEIECTIS
LAXIORI . QVADRATO . AMBITV . CIRCVMSCRIPTAM
NGENTIBVS . DEINDE . SVBSTRVCTIONVM . EXCITATIS . MOLIBVS
ET . SEPTEM . LATE . PATENTIBVS . OSTIIS
AD . QVATVOR . CAELI . REGIONES . APTE . INTERCISIS
CVM . IPSA . DOMVS . AVGVSTAE . MAIESTATE . CERTANTEM
FRANCISCVS . I
REX . VTRIVSQVE . SICILIAE . P. F. A
PATERNAM . GLORIAM . AEMVLATVS
ELEGANTIA . QVANTA . MAXIMA
CVLTVQVE . VERE . REGIO
ORNAVIT . INSTRVXIT
INSIGNE . BORBONIAE . MAGNIFICENTIAE . MONVMENTVM

OPVS . AD . AETERNITATIS . MEMORIAM
ANNO . MDCCCXIX INCHOATVM
EXPEDITA . CELERITATE
CONTRA . OBSTANTES . AERARII . MORAS . ABSOLVTVM
ET . SVB . ASCIA . DEDICATVM
ANNO . MDCCCXXV

FRANCISCO . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . P. F. A
POPVLORVM . PARENTI . PROVIDENTISSIMO
QVOD
REGIIS . PLERISQVE . OMNIBVS . SCRINIIS
VECTIGALIS . PECVNIAE . TABVLIS . VNIVERSIS
MAGNO . RATIONALIVM . SVMMAE . REI . COLLEGIO
VIGILVM . PRAEFECTO
AQVARVM . NEMORVM . PONTIVM . VIARVM
PVBLICAE . MENSAE
ALIARVMQVE . FISCALIVM . RERVM . CVRATORIBVS
INTRA . HAS . AEDES . ORDINATIM . DISPOSITIS
SVPREMOS . IPSOS . LIBELLORVM
REGALIVMQVE . COGNITIONVM . MAGISTROS

HEIC . VNA . IDENTIDEM . CONSIDERE . IVSSERIT
QVO . CONSILIIS . CONSOCIATIS
CONCORDIAM . SACERDOTII . ET . IMPERII
BELLI . PACISQVE . LEGES
AC . IVRA . FISCI
SARTA . TECTAQVE . TVERENTVR
DEQVE . IVSTITIAE . ET . AEQVITATIS . FINIBVS . REGVNDIS
INTERNIS . REGNI . CONSTITVENDIS . REBVS
ET . MORIBVS . CENSORIA . GRAVITATE . CORRIGENDIS
ACCVRATIORI . SATAGERENT . DILIGENTIA
NEAPOLITANI . AC . SICVLI
OPTIMO . PRINCIPI
IMMORTALIBVS . EIVS . OBSTRICTI . BENEFACTIS

ROGERIVS
MAGNI . COMITIS . F
SICILIAE . APVLIAE . ET . CALABRIAE . REX
ADIVTOR . CHRISTIANORVM . ET . CLYPEVS
NORTHMANNICA . MAIESTATE . HOSTIBVS . FORMIDANDVS
VICTRICIBVS . ARMIS . IN . AFRICAM
ATQVE . IN . ORIENTEM . ILLATIS
AMPLISSIMIS . INDE . ABDVCTIS . SPOLIIS
VTRAMQVE . SICILIAM
NOMINE . REGIS . SVB . IMPERIVM . ACCEPTAM
AVXIT . LOCVPLETAVIT
ARTIBVS . EXINDE . CAPTIVIS
IN . SVBDITA . SIBI . REGNA . INVECTIS
PLERISQVE . ECCLESIIS . AC . COENOBIIS
VLTRA . CITRAQVE . SICILIENSE . FRETVM
CONSTRVCTIS . DITATIS
REI . PRIVATORVM . PROSPEXIT . ET . PVBLICAE
OBIIT . ANNO . R. S. MCLIV
AETATIS . SVAE . LVIII
NOMINIS . IMMORTALITATE . AD . POSTEROS . TRANSMISSA

Supra Regium Ensem

APPVLVS . ET . CALABER . SICVLVS . MIHI . SERVIT . ET . AFER

FEDERICVS . II
HENRICI . VI FILIVS
ROMANORVM . IMPERATOR . AVGVSTVS
VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIERVSALEM . REX
IN . MAGNORVM . VIRORVM . MANIBVS . EDVCATVS
IPSO . ROM. PONTIFICE . DVCE . ET . AVSPICE
PACATIS . IMPERII . REBVS
OPPIDIS . PLERISQVE . IN . VTRAQVE . SICILIA . CONDITIS
TEMPLIS . AEDIFICATIS
STVDIORVM . VNIVERSITATE
NEAPOLI . SPLENDIDISSIME . CONSTITVTA
SVIS . ET . NORTHMANNORVM . REGVM . LEGIBVS
IN . VNVM . CODICEM . CONFERRI . IVSSIS
PROPOSITIS . VIRTVTI . PRAEMIIS
SOCORDIA . INGENIA . AD . GLORIAE . AEMVLATIONEM . EXCITAVIT
OPTIME . DE . LITTERIS . ET . LITTERATIS . VIRIS . MERITVS
DECESSIT . ANNO . R. S. MCCL

FERDINANDVS . I
CAROLI . III HISPANIARVM . MONARCHAE . F
EX . TRANSMISSO . SIBI . PATERNO . IVRE
INEVNTE . PVBERTATE
VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . RENVNCIATVS
IN . PVBLICA . COMMODA . INTENTVS
EPHEBEIS . SCHOLIS . ORPHANORVM . AC . PAVPERVM . HOSPITIIS
PER . REGNI . SVI . PROVINCIAS . ET . IN . PRINCIPE . VRBE . POSITIS
ITINERIBVS . CORRVPTIS . CONFRAGOSIS
STRATO . LAPIDE . AD . COMMERCIA . FREQVENTANDA . MVNITIS
MVSARVM . DOMICILIO
VETERI . GAZA . EX . HERCVLANENSIBVS . ET . POMPEIANIS
CONFLAGRATIONIBVS . EFFOSSA
ET . APPARATISSIMA . BIBLIOTHECA . INSTRVCTO
FOEDERE . CVM . ROM. PONTIFICE . SANCITO
NOVO . CIVILIVM . LEGVM . EVVLGATO . CODICE
NOVOQVE . IVDICIORVM . ORDINE . CONSTITVTO
ET . IN . LVBIANENSI . PRAEPOTENTIVM . REGVM . CONVENTV
FIRMATA . POPVLORVM . SECVRITATE
EXEMPLAR . CVNCTIS . EXSTITIT . AD . IMITANDVM
REGNAVIT . ANNOS . P. M. LXV

FRANCISCVS . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . P. F. A
PATERNIS . VESTIGIIS . INGRESSVS
RELIGIONE . A . CHRISTIANISSIMIS . ET . CATHOLICIS . REGIBVS
PER . MANVS . VELVTI . SIBI . TRADITA
CVSTODIENDA . VINDICANDA
DILABENTIBVS . MORIBVS
REGIO . MAGIS . EXEMPLO
QVAM . LEGVM . SEVERITATE . EMENDANDIS
MAGNIS . IMPERII . REBVS
IN . SVPREMO . PRINCIPALI . CONSISTORIO
MIRA . ALACRITATE . DEFINIENDIS
SVPERIORVM . PRINCIPVM . GLORIAM . SVPERGRESSVS
BORBONIAM . MAIESTATEM . CLARIORIBVS . AVXIT . INCREMENTIS
AEQVI . RECTIQVE . TENAX
MORVM . SVAVITATE . CLEMENTIA . COMITATE
ET . BENEFICENTIAE . LAVDE . SINGVLARI
DECVRRENTIVM . SECVLORVM . PRAECONIIS . MEMORANDVS

FAXIT . DEVS . VOLENS . PROPITIVS
VT . SVSCEPTA . PRO . OPTIMI . REGIS . INCOLVMITATE
ET . PRO . CONSTANTIA . DOMVS . AVGVSTAE
POPVLORVM . VOTA
RATA . PERPETVO . SIENT . SEMPERQVE . SIGNENTVR

FLAVIVS . GIOIA
DOMO . AMALPHI
INTER . NAVIVM . GVBERNATORES
VNVS . OMNIVM . SOLLERTISSIMVS
HIC . EST
QVI . ITINERA . VETERIBVS . INCOGNITA
PER . MAGNETEM . ET . CHALYBEM . IMPAVIDE . EXPERTVS
ADITVM . IN . EXTREMAS . TERRARVM . ORAS
POSTERITATI . PATEFECIT
TRANSMARINIS . DEINCEPS . NAVIGATIONIBVS
FELICI . AVSV . SVSCEPTIS
ET . PEREGRINIS . MERCIBVS
QVA . LATE . PATET . ORBIS
HVC . ATQVE . ILLVC . ADVECTIS . EXPORTATIS
COMMODA . GENTIBVS . PARAVIT . VNIVERSIS

ET . MVTVA . ADIVMENTA
FRANCISCVS . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . AVGVSTVS
VIRO . IMMORTALI
DE . MORTALIBVS . CVNCTIS . BENE . MERENTISSIMO
SIGNVM . EX . MARMORE
ET . MEMOREM . LAPIDEM
PONI . IVSSIT

QVOD . BONVM . FAVSTVM . FELIX . FORTVNATVMQVE
NEAPOLITANO . ORBI
ET . VNIVERSO . NOMINI . CHRISTIANO . SIT
FRANCISCVS . XAVERIVS . CASTILIONEVS
COMITATE . MODESTIA . SAPIENTIAE . MATVRITATE
VNVS . OMNIVM . COMMENDATISSIMVS
CVNCTIS . AMPLISSIMI . PVRPVRATI . ORDINIS . SVFFRAGIIS
ET . HONESTISSIMA . BONORVM . OMNIVM . GRATVLATIONE
MAXIMVS . VNIVERSALIS . ECCLESIAE . PRINCEPS . ET . MAGISTER
EST . RENVNCIATVS
EIA . QVOTQVOT . ESTIS
CIVES . PEREGRINI . ET . INCOLAE
DOMINANTIVM . DOMINO . GRATIAS . AGITE . IMMORTALES
FAVSTVMQVE . IMPERIVM
PIO . VIII
IN . AEVVM . OMINATI
CONCEPTA . VOTA . SOLVITE . NOVAQVE . CERTATIM . NVNCVPATE
QVO . DEVS . OPT. MAX. PROPITIVS . VOLENS . ANNVAT
VT . TERRARVM . ORBE . PACATO
POPVLISQVE . OMNIBVS . IN . CHRISTI . CAVLAM . RECEPTIS
VNVS . SIT . IN . TERRIS . PASTOR
ET . VNVM . OVILE

QVO . RELIGIONIS . MINISTERIA
DIVINO . CVLTVI . APTIVS . EX . ORDINE . IMPENDANTVR
STABIANI . CIVES
NOVVM . HOC . TINTINNABVLVM
PVBLICA . PECVNIA
F. C

FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
SOLLEMNI . RITV . SACRAVIT
XIV KAL. NOVEMBRES . AN. MDCCCXXVI

FERDINANDVS . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . A. P. F
VIAM . CAMPANAM
AB . VRBE . NEAPOLI . AD . VENAFRANOS . AGROS
A . CAROLO . III PARENTE . SVO . INVICTO
FIRMA . STABILITATE . STRATAM
TEMPORIS . DEINDE . LABE . CORRVPTAM . DISSOLVTAM
PONTIBVS . PASSIM . SVBSTRVCTIS
GLAREA . ET . INCISO . LAPIDE . MVNITAM . MARGINATAM
OPERE . ET . CVLTV . SPLENDIDIORE
VSQVE . AD . OSTIA . TRVENTI
PRODVCI . IVSSIT
ANNO . MDCCCXXIV

VIATORES . PERICVLIS . ELIMINATIS
OPTIMO . PRINCIPI
GRATIAS . HABEBVNT . NVNQVAM . INTERMORITVRAS

FRANCISCVS . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . P. F. A
QVO . BONARVM . ARTIVM . CVLTORIBVS . IMPENSIVS . PROSPICERET
INGENTEM . PARII . LAPIDIS . MOLEM
E . FARNESIANA . DOMO . NEAPOLIM . ADVECTAM
AB . APOLLONIO . ET . TAVRISCO . AFFABRE . INSCVLPTAM
EX . HAC . SVBDIALI . AREA
IN . MVSARVM . DOMICILIVM . INFERRI . IVSSIT
ANTIQVI . ET . NOBILIS . ARTIFICII . CRATERE
PAESTANIS . OLIM . RVDERIBVS . EDVCTO
IN . VACVAM . HANC . SEDEM . ADSCITO
ANNO . MDCCCXXVI

ANTIQVITATVM . AMATORES . GRATVM . ANIMVM
ERGA . OPTIMVM . PRINCIPEM
BENEFICII . MEMORES . HABEBVNT

ALOYSIO . RVFFO
S. R. E. CARDINALI . ARCHIEPISCOPO . NEAP
NON . MAGIS . MAIORVM . IMAGINIBVS
QVAM . FIDE . GRAVITATE . CONSTANTIA
ET . NON . FVCATO . RELIGIONIS . CVLTV

LAVDATISSIMO
QVI . SVB . SEVERIORIBVS . MAGISTRIS
OPTIMAS . DISCIPLINAS . ATQVE . EVANGELICA . PRAECEPTA
NON . AD . OSTENTATIONEM . SED . AD . VITAM . AGENDAM
AB . AETATE . PRIMA . EDOCTVS
OMNIA . AD . HONESTATEM . RETVLIT
AC . DE . VNA . VIRTVTE . CVM . BONIS . SEMPER . CERTAVIT
VIRO . INCOMPARABILI
AC . SANCTARVM . LEGVM . SCIENTIA . SINGVLARI
IVRIS . ECCLESIASTICI . PRAELECTIONES
TERTIIS . CVRIS . EXPOLITAS . LOCVPLETATAS
FRANCISCVS . ROSSI
OBSEQVII . ATQVE . OBSERVANTIAE . TESTIMONIVM
D. D. D

QVAE . PORTORIIS . EXIGENDIS
ET . TRANSMARINIS . REBVS . PROMERCII . CAVSA . ADSERVANDIS
PATVERAT . OLIM . DOMVS
VETVSTATE . FATISCENTEM
FRANCISCVS . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX
PIVS . AVGVSTVS . FELIX
INTERIORIBVS . AEDIVM . CONTIGNATIONIBVS
LAXIVS . PER . SVBSTRVCTOS . FORNICES . EXPLICATIS
TERGEMINO . INGENTI . OSTIO
SVPRA . NOVAM . OBIACENTEM . AREAM . PERFORATO
LATISQVE . PORTICIBVS
LONGO . ORDINE . CONTINENTER . EXSTRVCTIS
TECTORIO . INDE . OPERE
EXORNATIS . VNDIQVE . PARIETIBVS
ET . NOVO . TEGVLITIO . CVLMINE . DESVPER . IMPOSITO
IN . AVGVSTIOREM . ATQVE . ELEGANTIOREM . FORMAM . REDEGIT
QVO . VECTIGALIVM . CVRATORES
HEIC . VNA . STATIS . DIEBVS . CONSOCIATI
IN . RE . PRAESENTI . VIDERENT
NE . QVID . REGALIA . IVRA . CAPERENT . DETRIMENTI
FRAVDATORVM . CALLIDITATE
NEV . MERCATORVM . CONQVIESCERET . NAVIGATIO
OB . PVBLICANORVM . CONCVSSIONES
ANNO . R. S. MDCCCXXIX

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . P. F. A
QVOD . SVB . IPSA . REGII . IMPERII . SVI . AVSPICIA
PEVCETIAM . PERLVSTRATVRVS
BIDVVM . HEIC . DIVERSATVS
POPVLOS . VNDIQVE . CIRCVMFVSOS
LAETITIAE . ADCLAMATIONIBVS . PLAVDENTES
SVI . ORIS . SERENITATE
ET . MAXIMIS . CLEMENTIAE . ARGVMENTIS
EXCEPERIT
ORDO . POPVLVSQVE . BARIENSIS
D. N. M. Q. E
HVNC . MEMOREM . LAPIDEM . AD . SERAM . POSTERITATEM
P. C
ANNO . R. S. MDCCCXXXI

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
P. F. A
POPVLORVM . PACATORI . VIGILANTISSIMO
QVOD
PLVRIBVS . PATERNA . SEDVLITATE . PERAGRATIS . PROVINCIIS
IDIBVS . APRILIS . AN. MDCCCXXXIII
INTER . GRATVLANTIVM . VIBONENSIVM . PLAVSVS
ET . ACCLAMATIONES
IN . HAS . AEDES
VNA . CVM . OMNI . REGIO . COMITATV . DIVERTERIT
ATQVE . HOSPITIO . DELECTATVS
TOTAM . GAGLIARDORVM . FAMILIAM
MENSE . ACCVBITV . EXHILARAVERIT
MARCHIO . ALOYSIVS . GAGLIARDVS
NE . TANTAE . HOSPITALIS . DIGNATIONIS . MEMORIA
SAECVLIS . DECVRRENTIBVS . INTERCIDERET
H. M. P. C
SIBI . POSTERISQVE . SVIS
OBSERVANTIAE . ERGA . OPTIMVM . PRINCIPEM
GRATIQVE . ANIMI . INCITAMENTVM
A . DEO . ILLVD . PRECATVS
VT . DOMVI . HVIC . QVOTANNIS . AFFVLGERE . VELIT
BORBONIAE . SPLENDOREM . MAIESTATIS

CELEBRATISSIMVM
FVCINI . LACVS . EMITTENDI . OPVS
A . TIBERIO . CLAVDIO . DRVSO
MONTE . PER . TRIA . PASSVVM . MILLIA . PERFOSSO
XI ANNORVM . INTERVALLO . INGENTI . MOLIMINE . ABSOLVTVM
SVCCESSORIS . INCVRIA . ET . TEMPORIS . EDACITATE . CORRVPTVM
AB . AELIO . PRIMVM . HADRIANO . CAESARE
ITERVM . A . FRIDERICO . II IMPERATORE
TERTIVM . AB . ALPHONSO . I ARAGONIO
INANI . SVMTV . RESTITVTVM
FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . P. F. A
PVBLICIS . MALIS . PROPVLSANDIS . NATVS
QVO . INVNDANTIVM . AQVARVM . PERNICIEM
A . VICINIS . OPPIDIS . ET . AGRIS . IN . PERPETVVM . AVERTERET
PARIETIBVS . CVNICVLIS . PVTEIS . QVA . OPVS . REFECTIS . EXPOLITIS
ALVEO . AGGESTIONIBVS . DETERSIS
AD . LIBELLAM . ET . NORMAM . EXACTO
OMNIBVS . NVMERIS . ET . PARTIBVS . EXPLEVIT
LACV . INDE . IN . LIRIS . FLVENTA . EMISSO
INTERMINATAM . PLANITIEM . CAELI . SALVBRITATE . EXHILARATAM
ARATRO . SVBIGENDAM . TRADIDIT
VT . PRATIS . VINEIS . ET . LAETIS . SEGETIBVS
IN . PVBLICA . COMMODA . NITESCERET
ANNO . REP. SAL. MDCCCXXXII
AVSPICATISSIMI . REGNI . SVI . II

MARSI
IMMORTALI . OBSTRICTI . BENEFACTO
IN . VOTA . ET . PRECES . NVMQVAM . CESSABVNT
OPTIMO . PRINCIPI
FELIX . ET . FAVSTVM . IMPERIVM . ADPRECATI

NICOLAVS . IASELLIVS
DOMO . PETRANSIERIO
NE . SVI . CIVES
CORRVPTIS . SAEVIENTE . HYEME . ITINERIBVS
AQVAE . E . LONGINQVO . HAVRIENDAE . PENVRIA . LABORARENT
HVNC . IN . VICINIA . FONTEM . AB . INCHOATO . EXTRVXIT
IN . QVEM . ADDITIS . SALIENTIBVS

AQVAM . PER QVATVOR . STADIORVM . INTERVALLA . DEDVXIT
PECVNIA . SVA
ET . NE . BENEFACTI . MEMORIA
ANNIS . DECVRRENTIBVS . DILABERETVR
MEMOREM . LAPIDEM
P. C
ANNO . MDCCCXXXII

FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIERVSALEM . REX
P. F. A
REGENDIS . IMPERIO . POPVLIS . NATVS
NEQVANDO . RATIBVS . FLVMINI . TRAIICIENDO
IN . PONTIS . VICEM . CONNEXIS
EXVNDANTIVM . AQVARVM . VI . DISSOLVTIS
VEHICVLARIS . CVRSVS
ET . COMMERCIA . MALO . PVBLICO . INTERCIPERENTVR
MAIORVM . AEMVLATVS . MAGNIFICENTIAM
PONTEM . SINGVLARI . ARTIFICIO
FERREIS . AD . LATERA . SVBTENTIS . CATENIS
INCONCVSSA . STABILITATE . SVSPENSVM
FIERI . IVSSIT
QVEM . OMNI . OPERVM . NITORE . ILLVSTRATVM
PRIMVS . OMNIVM
REGIO . MILITARI . STIPATVS . COMITATV
FAVSTIS . OMINIBVS . PRAETERGRESSVS
AETERNITATI . SVI . NOMINIS . CONSECRAVIT
ANNO R. S. MDCCCXXXII
REGNI . SVI . II
EXPLETA . OMNIVM . GENTIVM . EXPECTATIONE

FERDINANDO . II BORBONIO . REGNANTE
ORDO . POPVLVSQVE . NEAPOLITANVS
PONTEM . ABNORMEM . ET . TEMPORIS . EDACITATE . SQVALIDVM
STRVCTILIBVS . COLVMNIS . SINGVLARI . FIRMITATE.SVFFVLTVM
ANAGLYPTICIS. OPERIBVS.ELEGANTIA.QVANTA.MAXIMA.EXPOLIVIT
PEC. P
ACCLIVI . DEINDE . COMPENDIARIA . SEMITA . DEIECTA
GRADILIQVE . ASCENSV. AB .IMO.AD.SVPREMVM.COLLEM.EXTRVCTO
VIAM . PONTI . SVBIACENTEM
LAXIORIBVS . SPATIIS . COMPLANATAM . EXHILARAVIT
ANNO . R. S. MDCCCXXXIV

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
P. F. A
POPVLORVM . PARENTI . AMANTISSIMO
QVOD
E . MARRVCINORVM . PRINCIPE . VRBE . DIGRESSVS
MAXIMIS . CONFECTIS . ITINERIBVS
APVD . HANC . DOMVM . PARVMPER . DIVERSATVS
CIVES . VNIVERSOS
GRATVLATIONVM . OFFICIIS
ATQVE . EFFVSIORIS . LAETITIAE . SIGNIFICATIONIBVS
EXVLTANTES
ORIS . SERENITATE . FACILIQVE . AD . SE . ACCESSV
BEAVERIT
. . . . . .
D. N. M. Q. E
LAPIDEM . GRATI . ANIMI . TESTEM
P. C
ANNO . MDCCCXXXII
AETERNVM . BORBONICAE . DIGNATIONIS
POSTERITATI . MONVMENTVM

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
PIO . FELICI . AVGVSTO
QVOD
APRVTII . PROVINCIIS . SINGVLARI . STRENVITATE . PERLVSTRATIS
NEAPOLIM . MAXIMIS . FESTINANS . ITINERIBVS
HANC . VRBEM
PAVLISPER . ORIS . SVI . SPLENDORE . BEAVERIT
AESERNINI . CIVES
EFFVSIORI . LAETITIA . EXVLTANTES
SALIENTEM . HEIC . FONTEM
ELEGANTI . FORMA
OMNIQVE . CVLTV . EXORNATVM
AB . INCHOATO : EXCITARE . SATEGERVNT
PEC. PVBL
OPTIMO . PRINCIPI
OBSEQVENTIS . GRATIQVE . ANIMI . TESTIMONIVM
FAVSTISSIMI . ADVENTVS . EIVS
PERENNE . POSTERITATI . MONVMENTVM
ANNO . REP. SAL. MDCCCXXXII

FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REX
PIVS . FELIX . AVGVSTVS
PATRIAE . PARENS . PROVIDENTISSIMVS
QVOD . III KAL. MAIAS . AN. MDCCCXXXIII
HVNC . HORTVM . INVISENS
ORIS . SERENITATE . FACILIQVE . AD . SE . ACCESSV
CIVITATEM . BEAVERIT . VNIVERSAM
ET . PERITISSIMOS . AGRARIAE . REI . ARTIVMQVE . CVLTORES
SCITIS . PERCONTATIONIBVS . IN SVI . ADMIRATIONEM . EXCIVERIT
OECONOMICA . XVII -- VIRALIS . SOCIETAS
TANTAE . NON . IMMEMOR . DIGNATIONIS
D. N. M. Q. E
HOC . MONVMENTVM
P. C

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
PIO . AVGVSTO . FELICI
QVOD
APRVTII . PROVINCIIS
INTER . FAVSTAS . SVBDITARVM . GENTIVM . ADCLAMATIONES
PERLVSTRATIS
IN . HAS . AEDES
VNA . CVM . REGIO . COMITATV . DIVERTERIT
IBIQVE . DEPOSITA . VELVTI . MAIESTATE . BIDVVM . CONSEDERIT
GERMANI . FRATRES
SERAPHINVS . GASPAR . ET . EQVES . ALOYSIVS . FRANCHI
IN . SVPREMO . XXIV-VIRVM . IVSTITIAE . REGVNDAE . SENATV
CONSILIARIVS
NE . TANTAE . HOSPITALIS . DIGNATIONIS . MEMORIA
SECVLIS . DECVRRENTIBVS . DILABERETVR
MEMOREM . LAPIDEM
POSVERVNT
ANNO . R. S. MDCCCXXXII
VOTO . SVSCEPTO
VT . DEVS . VOLENS . PROPITIVS
HAEC . GAVDIA . QVOTANNIS . IVCVNDIORA
IN . AEVVM . AETERNARI . VELIT

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . AVGVSTO
POPVLORVM . PACATORI
QVOD
APRVTII . PROVINCIAS . PERCVRSANS
MAXIMIS . CONFECTIS . ITINERIBVS
XIII KAL. SEXTILES . AN. R. S. MDCCCXXXII
APVD . HANC . DOMVM . DIVERSATVS
SVI . ORIS . SERENITATE . CIVITATEM . BEAVERIT . VNIVERSAM
IOSEPH . DE . LEONARDIS
GRATI . ANIMI . MONVMENTVM
POSVIT
ANNO . MDCCCXXXIII
NE . VMQVAM . TEMPORIS . VORACITATE
TANTAE . HOSPITALIS . DIGNATIONIS . MEMORIA
ABSVMERETVR

MARCVS . ANTONIVS . DORIA
ANGRI . CENTVLARVM . ET . PISCIOTTAE . PRINCEPS
DVX . EBVLI
FERDINANDI . II BORBONII
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS . AVGVSTI
INTIMAE . ADMISSIONIS . CVBICVLARIVS
ORDINIS . S. IANVARII . EQVES
HANC . SVBVRBANAM . DOMVM
SIBI . SVIS . POSTERISQVE . EORVM
AB . INCHOATO . EXTRVXIT
PICTVRIS . ANAGLYPTICIS . OPERIBVS . OMNIQVE . CVLTV
ELEGANTIA . QVANTA . MAXIMA
EXORNAVIT
ET . NE . QVID . AMOENITATIS . DEESSET
MONTE . LATE . PERFOSSO
VIAM . ROTABILEM
AD . SVMMOS . VSQVE . PAVSILYPI . COLLES
PER . ANFRACTVS . PATEFECIT
VBI . SVBDIALIBVS . AMBVLATIONIBVS
VIRIDARIIS . HORTIS . SALIENTIBVS
ET . SVBIACENTIS . MARIS . IVCVNDITATE
DELECTARETVR
ANNO . R. S. MDCCCXXXIII

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . P. F. A
P. P
QVOD
EX . PERLVSTRATAE . CALABRIAE . ORIS
IN . PEVCETIAM . PROV. CITATO . CVRSV . CONTENDENS
HOSPITALEM . CAROLI . III PROAVI . SVI . COMITATEM . AEMVLATVS
IN . HAEC . IPSA . VIRIDARIA . VI KAL. MAII . MDCCCXXXIII
INTER . VOTA . POPVLI . ET . FAVSTAS . ACCLAMATIONES
PARVMPER . DIVERTERIT
IBIQVE . BREVI . ANTEMERIDIANO . PRANDIO . DELECTATVS
VNIVERSAM . DOMVM
SVI . ORIS . SERENITATE . ET . AFFABILITATE . SERMONIS
BEAVERIT
PASCHALIS . PVCCIVS
NE . TANTAM . DIGNATIONEM
ANNIS . DECVRRENTIBVS . OBLIVIO . DELERET
H. M. P. C
ANNO . R. S. MDCCCXXXIII

FERDINANDO . II BORBONIO . REGE . AVGVSTO . REGNANTE
STABIANI . CIVES
NEQVANDO . NAVIGANTES . ILLVNI . NOCTE
INTER . PRAERVPTA . SAXA . ET . RVPES
IN . EXTREMVM . VENIRENT . DISCRIMEN
SACRIS . PROBATORIIS . EXORATIS
COLLATO . AERE
TVRRIM . NOCTILVCAM . AEDIFICARVNT
VNDE . IGNES . GVBERNATORIBVS . E . LONGINQVO . EMICARENT
ANNO . R. S. MDCCCXXXIV

QVO
STABIANORVM . COMMODIS . INSERVIRET
ET . CIVITATEM . NOVO . HILARARET . ORNATV
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
HOROLOGIVM . SCIOTHERICVM
ELEGANTIA . QVANTA . MAXIMA
HEIC . AFFABRE . DESCRIBI . CVRAVIT
PECVNIA . SVA
ANNO . R. S. MDCCCXXXIV

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIERVSALEM . REGI
PIO . FELICI . AVGVSTO
QVOD
AETATE . ADHVC . VERNANTE
PROSAPIAE . MAIESTATE . VIRTVTIBVS . SVPERATA
NON . IMPERIO . NEC . LEGVM . SEVERITATE
SED . MITI . IVSTITIA . DVCE . ET . CLEMENTIA . NON . DISSOLVTA
AD . REGNI . GVBERNACVLVM . SEDERIT
AVITAM . RELIGIONEM . INVIOLATAM . CVSTODIRI
SACERDOTII . ATQVE . IMPERII . CONCORDIAM
SARTAM . ET . TECTAM . HABERI . IVSSERIT
QVOD . LITTERAS . ATQVE . ARTES . ADMOTIS. HONORVM . STIMVLIS
IMPENSE . FOVERIT
PROVINCIAS . REGNI . SVI . VLTRA . CITRAQVE . SICVLVM . FRETVM
SINE . PRAECVRSORVM . TVMVLTV
VNA . BENEFICENTIA . COMITE . PERLVSTRAVERIT
SVBDITASQVE . GENTES . SIBI . DEVINXERIT . VNIVERSAS
QVOD . ITINERIBVS . PLERISQVE
AD . COMMERCIORVM . FREQVENTIAM . EXCITANDAM
AB . INCHOATO . EXPLANATIS
VIAS . INTERCVRRENTIBVS . FLVMINIBVS . IMPERVIAS
PONTIBVS . SVPRA . AQVAS . SINGVLARI . ARTIFICIO . SVSPENSIS
ROTABILES . FECERIT
QVOD . NOVIS. COHORTIBVS.NOVISQVE.ALLECTIS.EQVITVM.TVRMIS
STATIONARIO . MILITE . PER . DIVERSAS . REGIONES
ET . IN . IPSA . PRINCIPE . VRBE
APTE . DISPOSITO
PVBLICAE . ET . PRIVATORVM . PROSPEXERIT . SECVRITATI
QVOD . IN . RERVM . HVMANARVM . CVLMINE . POSITVS
AVGVSTA . DOMO
EXCVBIIS . CARITATIS . NON . ARMORVM . TERRORI
IN . CVSTODIAM . TRADITA
CVNCTIS . ADMITTENDIS . ET . CVNCTIS . AVDIENDIS
SE . FACILEM . SEMPER . PRAEBVERIT
ET . SEMPER . EXORABILEM
ORDO . POPVLVSQVE . NEAPOLITANVS
OPTIMO . PRINCIPI
EQVESTREM . EX . MARMORE . EXSCVLPTAM . STATVAM
IN . EDITO . HOC . LOCO . P. C. ANNO . MDCCCXXXV
AETERNVM . GRATI . ANIMI . MONVMENTVM

1.

FERDINANDVS . II AVG
TOPHACEIS . PRAERVPTIS . RVPIBVS
IN . GRADILEM . ASCENSVM . LATE . EXPLANATIS
AMOENVM . VIAE . COMPENDIVM . AD . MONTIS . CAPVT
PATEFECIT
ANNO . MDCCCXXXV

2.

VBI . OLIM
VEPRES . HORREBANT . ET . DVMETA
NVNC . FLORES
ET . LAETA . NITENT . VIRIDARIA
OPTIMI . PRINCIPIS . PROVIDENTIA

FERDINANDVS . II REX . P. F. A
QVO . FESTINANTIBVS . PROSPICERET . VIATORIBVS
GRADIBVS . HEIC . APTE . INCISIS
COMPENDIARIVM . ITER
AD . SVMMVM . CLIVVM . EXPLICAVIT
ANNO . R. S. MDCCCXXXIV

1.

EPISCOPALEM . DOMVM
TEMPORIS . INIVRIA . AC . VETVSTATE . RVINOSAM . SQVALIDAM
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
A . FVNDAMENTIS . INSTAVRAVIT
NOVISQVE . SVPERIORIBVS . CONTIGNATIONIBVS . INAEDIFICATIS
AMPLIOREM . ELEGANTIOREMQVE
F

2.

PAROECIAM . EPISCOPALI . STABIANAE . CATHEDRAE . ADNEXAM
ET . VICARIA . PRESBYTERALI . OPERA
LONGO . ANNORVM . INTERVALLO . ADMINISTRATAM
FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
DE . NOVO . AD . ECCLESIASTICAM . REGVLAM . INSTITVIT
AEDICVLA . IN . ID . OPVS . CONSTRVCTA
VT . PAROCHI . IN . POSTERVM . RELICTO . ECCLESIAE . SACRARIO
SVI . MVNERIS . OFFICIO . APTIVS . FVNGERENTVR

3.

FRANCISCVS . COLANGELVS . EPISCOPVS . STABIANVS
IOSEPHI . COPPOLA . DECESSORIS . SVI . VESTIGIA . SEQVVTVS
INFERIOREM . EPISCOPALIS . DOMVS . PARTEM
DIOECESANO . CLERICORVM . SEMINARIO . ADDIXIT
ILLVD . MAXIMOPERE . E . RE . ECCLESIASTICA RATVS
SI . ADOLESCENTES . IN . VINEAM . DOMINI . EXCOLENDAM . ITVRI
SVB . IPSIS . PASTORIS . OCVLIS
BONIS . ARTIBVS . AC . DISCIPLINIS
IMBVERENTVR

FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIEROSOLYMORVM . REX
P. F. A.
BONO . PVBLICO . NATVS
NE . ABRVPTO . COMPENDIARIO . FL. CALORIS . TRANSITV
POPVLIS . PROPTER . LONGA . VIARVM . DISPENDIA
MVTVA . INTERCLVDERENTVR . ADIVMENTA
PONTEM . AB . INCHOATO
NON . SVPRA . PILAS . ET . FORNICES
INCISO . LAPIDE . EXCVRRENTEM
SED . EX . LIGNEA . AERATA . COMPAGE
AFFABRE . CONTEXTVM
FERREIS . IN . PORRECTVM . SVBTENTIS . NEXIBVS
IMMOTA . FIRMITATE . IN . AËRE . PENSILEM
COLLATA . A . CAMPANIS . ET . SAMNITIBVS . PECVNIA
CONTINVO . FIERI . IVSSIT
MAGNIFICENTIA . ATQVE . ELEGANTIAE . ORNATV
CVM . FERDINANDEO . CERTANTEM
QVEM
OMNIBVS . EX . PARTIBVS . ABSOLVTVM
SOLLEMNI . RITV . INAVGVRATVM
REX . IPSE . FAVSTISSIMVS . PRIMVS . INTER . OMNES
REGIO . CIRCVMEQVITANTE . COMITATV
AVSPICATO . PRAETERGRESSVS
INTER . PLAVSVS
ET . LAETAS . POPVLORVM . ACCLAMATIONES
DEDICAVIT
ATQVE . AVGVSTO . FLORENTISSIMAE . CONIVGIS
CHRISTINAE . NOMINE . INSIGNITVM
TRADIDIT . IMMORTALITATI
NONIS . APRILIS . ANNO . MDCCCXXXV

FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIERVSALEM . REX
PIVS . FELIX . AVGVSTVS
P. P.
NE . PROPTER . ITINERA . INTERRVPTA
MERCATORVM . LANGVESCERET . INDVSTRIA
VIAM
AB . AGRO . POPVLIENSI . VSQVE . AD . . . . . .
PER . PASSVVM . MILLIA . . . . . .
EXVNDANTIS . ATERNI
ET . MONTANORVM . TORRENTIVM . IMPETV . DISSOLVTAM
RESTITVI . IVSSIT
PEC. PVBLICA
ET . QVO . NVLLA . ITINERIS . CORRVPTIO
DEPROPERANTES . IN . POSTERVM . MORARETVR . VIATORES
MONTANIS . FLVENTIS . ALIO . DETORTIS
INGENTIBVS . AD . RIPAM . EXSTRVCTIS . QVA . OPVS . MOLIBVS
DIVERTICVLIS . AQVARVM
IN . DIRECTVM . ALVEI . TRAMITEM . TRADVCTIS
VIAM . AB . OMNI . PARTE . TVTAM . FECIT
ANNO . R. S. MDCCCXXXV

FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIERVSALEM . REX
P. F. A
BONO . PVBLICO . NATVS
NE . SAEVIENTE . PELAGO . COMMERCIA . INTERQVIESCERENT
PRAERVPTI . ADIACENTIS . MONTIS . LATERE . PASSIM . QVA . OPVS
DISSECTO . ET . COMPLANATO
CONVEXIS . VALLIBVS . PER . INIECTOS . PONTES . AEQVATIS
VIAM . ANGVSTAM . ANTEHAC . CONFRAGOSAM
ET . LATROCINIIS . INFAMEM
AB . AGRO . STABIANO . AD . SVRRENTINOS . COLLES
PER . . . . . . MILLIA . PASSVVM . MVNIRI
ET . PARIETE . IN . PORRECTVM . EXSTRVCTO . MARGINARI . IVSSIT
PEC. PVB.
QVAM . VIATORES . PERICVLIS . ELIMINATIS
ALLVENTIS . MARIS . IVCVNDITATE . DELECTATI . PERCVRRERENT
ITINERIS . LABORE . EX . ALIQVA . PARTE . LEVATI
ANNO . MDCCCXXXVI

GREGORIO . XVI
PONTIFICI . MAXIMO
NON . MAIORVM . IMAGINIBVS
SED . VIRTVTVM . APOSTOLICARVM . SVFFRAGATIONE
ET . FAMA . SEMPER . AEQVABILI . ATQVE . INVIOLATA
AD . SVMMVM . RERVM . FASTIGIVM
PER . VARIOS . HONORVM . GRADVS . EVECTO
IVSTITIA . COMITATE . PRVDENTIA
ET . ADMIRANDA . IN . CIVILIVM . PROCELLARVM . IACTATIONE
ANIMI . FIRMITVDINE
DECVRRENTIVM . SAECVLORVM . PRAECONIIS . MEMORANDO
FRANCISCVS . COLANGELVS
EPISCOPVS . STABIENSIS
APOLOGIAM . CHRISTIANAE . RELIGIONIS
EX . VETERVM . PATRVM . APOLOGETICIS . DEPROMTAM
VERAE . SAPIENTIAE . MAGISTRO
PARENTI . PROVIDENTISSIMO
FILIVS . VENERABVNDVS
DEDICAT . ATQVE . IN . FIDEM . TRADIT
PIETATIS . ATQVE . OBSERVANTIAE . TESTIMONIVM

ANTONIVS . SPINELLIVS
EX . PRINCIPIBVS . SCALAEAE
EQVES . COMMENDATARIVS . ORDINIS . FRANCISCI . I
GENERALI . TOTIVS . REGNI . TABVLARIO . PRAEFECTVS
TRVCVLENTISSIMO . ORIENTALIS . CHOLERAE . MORBO
SAEVIENTE . PER . NEAPOLITANAM . CIVITATEM
POSTRIDIE . KAL. OCTOBRES . AN. MDCCCXXXVI
VNA . CVM . VXORE . ALOYSIA . MARVLLIA
SEPTENIS . FILIIS . TRIBVSQVE . GERMANIS . FRATRIBVS
IN . CONSORTIVM . ETIAM . ADSCITIS . AVVNCVLIS . SVIS
ET . GERMANA . SORORE . EIVSQVE . VIRO . ET . LIBERIS
IN . HOC . SVBVRBANVM . CONFVGERE . PRAEOPTAVIT
VBI . PVRIORE . CAELO . ET . RVRIS . AMOENITATE . DELECTATVS
SE . SVOSQVE . AB . ATROCITATE . MORBI . TVERETVR
DEFERVESCENTE . PORRO . LETHIFERAE . LVIS . VORACITATE
XVII KAL. FEBRVARII . AN. MDCCCXXXVII
IN . PRINCIPEM . VRBEM . CVM . CONSORTIBVS . CVNCTIS
INCOLVMIS . RESTITVTVS
QVO . REI . GESTAE . MEMORIA . AD . POSTEROS . TRANSMITTERETVR
MEMOREM . HVNC . LAPIDEM
P. C.

FERDINANDO . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
AEQVI . RECTIQVE . CVLTORI . TENACISSIMO
POPVLIS . IMPERIO . REGENDIS . NATO
PVBLICARVM . CALAMITATVM . DEPVLSORI
QVEM . NATVRA . AD . VIRTVTVM . OMNIVM . EFFIGIEM . FINXIT
CVI . MORES . ANTIQVI . INCORRVPTA . FIDES
SINGVLARIS . BENEFICENTIA
IMMORTALITATEM . DEDERVNT
QVOD . PLVRIMOS . DVCTVS . AQVAE . VIRGINIS . DISTVRBATOS
RESTITVERIT
INGENTES . LAPIDEOS . PONTES
FORNICIBVS . EX . SOLIDO . LAPIDE . SVBSTRVCTIS . EXCITAVERIT
THERMARVM . SPECIEM . RVINAE . DEFORMITATE . SORDENTEM
EXCLVSA . SCABIE . VETVSTATIS . AD . FIRMAM . STABILITATEM
REFECERIT . ORNAVERIT
VIAS . INVIAS . PERICVLIS . ELIMINATIS . ROTABILES . FECERIT
NEAP. ORBIS
PRINCIPI . BENEMERENTISSIMO

FERDINANDVS . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . ET . HIERVSALEM . REX
P. F. A
NONNVLLIS . AEDIBVS . SOLO . AEQVATIS
VIAM . ANTEHAC . ANGVSTAM . IN . IPSO . MARI . EX . PARTE . STRATAM
AMPLIORIBVS . EXTENDIT . SPATIIS
FERREIS . CANCELLIS . MVNIVIT
VETERIQVE . LAPIDEO . PONTE
AD . EXIGVI . HVIVS . PORTVS . FAVCES . DEIECTO
FERREVM . POSVIT
QVO . PLANIOR . VIA . FORET
NEC . NAVICVLIS . DIFFICILIOR . ADITVS
PECVNIA . EX . PVBLICO . AERARIO . DESVMPTA
ET . NE . PORTORIA . FRAVDARENTVR
VECTORIAS . NAVES
MORAE . DISPENDIIS . ELIMINATIS
AD . IPSAM . PORTITORVM . MENSAM
PARVVLIS . CYMBIS
MERCES . IMPORTARI . IVSSIT
ANNO . MDCCCXXXIX . REGNI . SVI . IX

CLASSIS III.

FUNEBRES

1.

MARCHIONI . FRANCISCO . XAVERIO . DANZA
NON . MAGIS . MAIORVM . IMAGINIBVS
QVAM . VIRTVTE . SVA . ET . SVMMIS . HONORIBVS
CLARISSIMO
QVI . AB . IPSA . ADOLESCENTE . AETATE
IN . RESPONDENDO . IVRE . LONGE . PERITISSIMVS
PRIMVM . INTER . VI-VIROS
MOX . INTER . XXIV-VIROS . STLITIBVS . IVDICANDIS . CONSCRIPTVS
INDE . REGALI . PATRIMONIO . PRAESIDENS . ORDINATVS
REGIAE . DOHANAE . APVLIAE . PRAEFECTVRA
TRIENNIVM . SANCTISSIME . GESTA . ET . ABDICATA
AD . AMPLISSIMVM . S. CLARAE . SENATVM . REDVX
CAPVAE . CAMPANIAEQVE
IN . DIFFICILLIMIS . CAMPANAE . REI . TEMPORIBVS
RECTOR . RENVNCIATVS
RELIGIONEM . SOLERTIAM . AEQVITATEM
PER . OMNES . HONORVM . GRADVS . COMITES . SIBI . ET . ADMINISTRAS
REGI . POPVLISQVE . OMNIBVS . CVMVLATISSIME . COMPROBAVIT
VIXIT . ANNOS . LXIII. M. IV. D. VII
OBIIT . PRID. NON. DECEMBRES . AN. MDCCLXXXIX
SODALES . PAVPERIBVS . LEVANDIS
SVB . TVTELA . NOMINIS . IESV . CONGREGATI
SODALI . ET . PRAEFECTO . SVO . BENEMERENTISSIMO
IVSTA . PERSOLVVNT
MORE . MAIORVM

2.

SENATORIAE . MAIESTATIS . ASSERTOR
FRANCISCVS . XAVERIVS . DANZA
DIVINI . HVMANIQVE . IVRIS . SCIENTIAM
A . MAIORIBVS . ACCEPTAM
CVM . SEVERIORI . PRAETORIA . GRAVITATE
INTIME . SEMPER . COPVLAVIT
TANTA . IN . DICENDIS . SENTENTIIS . PRVDENTIA
ET . ANIMI . FIRMITVDINE . INSTRVCTVS
VT . NEQVE . SCAEVOLAS . NEAPOLIS . SVSPEXERIT
NEQVE . CATONES

3.

FRANCISCI . XAVERII . DANZA
MODESTIA . PIETATE . BENEFICENTIA
CETERISQVE . CHRISTIANAE . RELIGIONIS . OFFICIIS . VNIVERSIS
SPECTATISSIMI
OBSCVRA . AT . PROLIXA . IN . PAVPERES . LIBERALITAS
ET . ABSTINENTIA . SVPRA . FIDEM . SINGVLARIS
NVLLO . TEMPORVM . SPATIO . DILAPSVRAE
MEMORIAM . CONSECRABVNT

1.

PRO . SOSPITATE . AETERNA
IOSEPHI . BARILIS . SPINELLII
MARCHIONIS . FVSCALDI
SACRA . PIACVLARIA

2.

IOSEPHO . BARILI . SPINELLIO
FVSCALDI . MARCHIONI . S. ARCHANGELI . PRINCIPI
VTILI . S. MARCI . GORGOLIONIS . ET . PAVLAE . DOMINO
FERDINANDI . IV INTIMAE . ADMISSIONIS . CVBICVLARIO
EQVITI . TORQVATO . ORDINIS . S. IANVARII
ET . CONSILIARIO . IN . SVPREMO . PRINCIPIS . CONSISTORIO
QVI . POSTQVAM . SVPRA . SPLENDIDAS . MAIORVM . IMAGINES
VIRTVTE . SVA . ADSVRREXIT
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO
DECESSIT . ANNO . MDCCXCI AETATIS . SVAE . LXXVII
THOMAS . SPINELLIVS . CAIVANI . DVX
PARENTI . AMANTISSIMO
DE . QVO . NIHIL . DOLVIT . NISI . MORTEM . EIVS
CVM . LACRYMIS . IVSTA . PERSOLVIT

3.

IOSEPHVS . SPINELLIVS
PVBLICIS . MVNERIBVS . SVMMISQVE . HONORIBVS
SPECTATISSIMVS
IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO
OMNIA . SEMPER . AD . FAMAM . ET . DIGNITATEM . RETVLIT
ILLVD . SOLITVS . DICERE
VITAE . BREVEM . ESSE . CVRSVM
GLORIAE . SEMPITERNVM

4.

A . FERDINANDO . REGE . AVGVSTISSIMO
PRAEFECTVS . VRBI . RENVNCIATVS
IOSEPHVS . BARILIS . SPINELLIVS
ODIO . ET . GRATIA . PROCVL . ELIMINATIS
REI . PRIVATORVM . ET . PVBLICAE . SERVANDAE
TOTO . PECTORE . INCVBVIT
TANTAMQVE . DEXTERITATEM . EO . IN . MVNERE
REGI . CVNCTISQVE . ORDINIBVS . PROBAVIT
VT . DIGNVS . FVERIT . HABITVS
QVI . INTER . CONSISTORIANOS . MILITES
ADSIDERET

5.

IOSEPHVM . SPINELLIVM
IN . ARDVIS . NON . SECVS . IN . BONIS . REBVS
AEQVAE . MENTIS . SERVANTISSIMVM
NON . AD . FLVXAM . HVIVS . SAECVLI . GLORIAM
SED . AD . IMMORTALEM . VITAM
SEMPER . ADSPIRANTEM
FIDES . RELIGIO . PIETAS
ET . PROLIXA . IN . PAVPERES . BENEFICENTIA
AETERNITATI . CONSECRARVNT

1.

PHILIPPO . PACECCO . CARAFAE
EX . DVCIBVS . MAGDALVNENSIVM
CERRETANORVM . COMITI
NON . MAGIS . AVORVM . TITVLIS
QVAM . COMITATE . PRVDENTIA . LIBERALITATE
CLARISSIMO
QVI . FIDE . CONSTANTIA . ANIMIQVE . MAGNITVDINE

REGI . ET . POPVLO . VNIVERSO . SAEPIVS . COMPROBATA
INGENTI . SVI .. DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO
OBIIT . ANNO . MDCCXCIII AETATIS . SVAE . LXXXIV
DIOMEDES . PACECCVS . CARAFA
LVCTV . ET . GEMITV . EXTERNATVS
PATRVO . OPTIMO . DEQVE . SE . BENEMERENTISSIMO
IVSTA . PERSOLVIT

2.

PHILIPPVS . PACECCVS . CARAFA
AB . AETATE . PRIMA . ILLVD . EDOCTVS
HONORVM . GRADVS
SVMMIS . HOMINIBVS . ET . INFIMIS . ESSE . PARES
GLORIAE . DISPARES
IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO . OMNIA.SEMPER.AD FAMAM.RETVLIT
ATQVE . EX . DITISSIMA . OPTIMARVM . ARTIVM . OFFICINA
OPVLENTA . SIBI . SVPELLECTILE . COMPARATA
MAIORVM . NOMEN
NOVIS . AVCTIBVS . LOCVPLETAVIT

3.

PHILIPPVM . PACECCVM . CARAFAM
IN . REBVS . ADVERSIS . INVICTVM
TEMPERANTEM . IN . SECVNDIS
ARDOR . ANIMI . IN . LABORIBVS . SVSCIPIENDIS
CONSTANTIA . IN . PERFERENDIS
COMITAS . IN . FAMILIARI . CONSVETVDINE
ET . IN . CONGRESSV . CLARORVM . VIRORVM . GRAVITAS
EXPRESSVM . PATRICIAE . MAIESTATIS . EXEMPLAR
POSTERIS . SVSPICIENDVM . RELIQVERVNT

4.

AVITAE . RELIGIONIS . TENACISSIMVS
PHILIPPVS . CARAFA
VIRTVTEM . ADVERSVS . SECVNDARVM . RERVM . VIM
TENVIT . INCONCVSSAM
ET . CHRISTIANIS . OFFICIIS . VNIVERSIS . EXPLENDIS . INTENTVS
ILLVD . CVM . PRIMIS . SEMPER . STVDVIT
VT . ALIOS . AVT . CONSILIO . AVT . RE . IVVARET
NVLLVM . ELABI . DIEM . PASSVS
QVO . NON . PLVRIMOS . BENEFICIIS . DEMERERETVR

5.

SVB . IPSA . ADOLESCENTIAE . PRIMORDIA
RERVM . OMNIVM . SCIENTIAM . ADSECVTVS . ET . VSVM
PHILIPPVS . PACECCVS . CARAFA
CONSTANTI . AETATE
PVBLICIS . DIFFICILLIMIS . MVNERIBVS
SINGVLARI . FACILITATE . EXPLICATIS
REM . PRIVATORVM . ET . PVBLICAM . SERVAVIT . INCOLVMEM
TANTA . IN . REBVS . AGENDIS.CONSILII . MATVRITATE . INSTRVCTVS
TANTAQVE . RERVM . GESTARVM . GLORIA . ILLVSTRATVS
VT . QVOTIESCVMQVE . PER . VRBEM . INCEDERET
OMNIVM . AD . SE . OCVLOS . CONVERTERET

PAVLO . M. PETRINO . VINCENTII . F
VETERIS . PROSAPIAE . CLARITATE . COMMENDATISSIMO
QVI
ICTORVM . ELOQVENTISSIMVS . ELOQVENTIVM . ICTISSIMVS
IN . CAVSARVM . PATROCINIIS . ET . IN . RESPONDENDO . IVRE
A . LAVDATISSIMIS . VIRIS
IPSISQVE . SVMMIS . PRINCIPIBVS . SVMMOPERE . LAVDATVS
PRIMVM . SEX--VIR . STLITIBVS . IVDICANDIS . RENVNCIATVS
TVM . INTER . XXIV REGII . CONSILII . PATRES . ADSCITVS
ET . HONORIFICENTISSIMO . APVD SICVLOS . CONSVLTORIS.MVNERE
COHONESTATVS
IVDICIIS . SEVERITATEM . LEGIBVS . ASSERVIT . MAIESTATEM
IN . IV--VIRVM . EXINDE . SENATVM
GRAVIORIBVS . REGNI . NEGOTIIS . EXPEDIENDIS . ADLECTVS
MOX . INTER . SANCTIORIS . CONCILII . QVINQVEVIROS.COOPTATVS
IVSTITIA . FIDE . ANIMI . FIRMITVDINE
ET . SVMMA . IN . DIFFICILIBVS . REBVS . DEXTERITATE
MAIORVM . GLORIAM
MAXIMIS . AVXIT . INCREMENTIS
VIRO . IMMORTALI
VIRTVTVM . OPVLENTIA . SPECTATISSIMO
PARENTI . OPTIMO . B. M
CAESAR . PETRINVS
L. M. P

VIXIT . ANNOS . P. M. LXI
OBIIT . ANNO . MDCCXCII
INTERCISO . GLORIAE . CVRSV

MARIAM . CLEMENTINAM
FRANCISCI . BORBONII . IVVENTVTIS . PRINCIPIS
CONIVGEM . INCOMPARABILEM
NON . AVGVSTAE . DOMVS . SPLENDOR
NEC . ILLVSTRES . AVORVM . TITVLI
SED . PIETAS . MODESTIA . COMITAS
ATQVE . HVMANITAS . PROPE . SINGVLARIS
QVAE . ADVERSVS . SVBLIMIORIS . FORTVNAE . VIM
IMMOTAE . SEMPER . STETERVNT
IMMORTALITATI . CONSECRARVNT

2.

CHRISTIANAS . OMNES . VIRTVTES
IN . DOMESTICO . LVDO . AB . IPSIS . INCVNABVLIS . EDOCTA
MARIA . CLEMENTINA
EXTREMO . INSANABILI . MORBO . DIVTISSIME . CONFLICTATA
DOLORVM . ACERBITATE . MORTISQVE . INSTANTIS . METV
SVMMA . ANIMI . VVLTVSQVE . TRANQVILLITATE . TRIVMPHATIS
ABSOLVTISSIMVM . FORTITVDINIS . EXEMPLAR
SE . CVNCTIS . PRAEBVIT . AD . IMITANDVM

3.

MARIAE . CLEMENTINAE . AVSTRIACAE
NIHIL . FVIT . ANTIQVIVS . QVAM . LIBERALITAS . AC . BENEFICENTIA
QVAE . POST . EFFVSAM . OMNEM . IN . PAVPERES . PECVNIAM
IPSIS . SVIS . VESTIBVS
LEVANDAE . EORVM . INOPIAE . COLLATIS
NON . RARO . DOLVIT
SE . BENEFICIIS . AC . LARGITATE
DEMERERI . CVNCTOS . NON . POTVISSE

4.

IN . REBVS . ARDVIS . NON . SECVS . AC . BONIS
MARIA . CLEMENTINA
PARI . SEMPER . FASTIGIO . STETIT
TANTA . QVIDEM . CONSTANTIA
ET . ANIMI . FIRMITVDINE . INSTRVCTA
VT . NEQVE . ROMANAS . MATRONAS
NEAPOLIS . SVSPEXERIT
NEQVE . LACAENAS

5.

BORBONIAM . ATQVE . AVSTRIACAM . MAIESTATEM
VERO . NON . FVCATO . RELIGIONIS . CVLTV
A . MAIORIBVS . SIBI . VELVTI . PER . MANVS . TRADITO
MARIA . CLEMENTINA
CVMVLATISSIME . AMPLIFICAVIT

Supra Templi fornices tumulo proximiores

1.

ABSINT . PROCVL . QVERELAE . ABSINT . HINC . NENIAE
LVCTVSQVE . TVRPES . CLEMENTINA . HAVD . OCCIDIT
SED . PIETAS . RELLIGIO . MORVMQVE . SANCTITAS
EAM . INTER . ASTRA . SIDVS . POSVERVNT . NOVVM

2.

NEAPOLITANAE . GENTES . QVIQVE . ETRVRIAM
INCOLITIS . VOSQVE . AVSTRIACI . SICVLIQVE . POPVLI
HVC . ADVOLATE . ET . INCLYTAE . VIRAGINIS
AGITE . TRIVMPHOS . QVOS . DE . MORTE . RETTVLIT

3.

DONEC . ERIT . BENEFACTIS . LAVS . DONEC . GLORIA
HEROAS . ET . SEQVETVR . ATQVE . HEROIDAS
HONOR . MANEBIT . CLEMENTINAE . NOMINI
TANTI . FVIT . TENERIS . MERVISSE . AB . VNGVIBVS
SVB . VIRTVTE . DVCE . FORTITER . STIPENDIA

4.

AT . TV . DE . NOBIS . O . BENEMERENTISSIMA
IN . ARCES . CLEMENTINA . EXCEPTA . CAELITVM
TVERE . PRECOR . TVO . PRAESENTI . NVMINE
REGEM . ATQVE . AVGVSTAM . ET . CONIVGEM . SVAVISSIMVM
PROLEMQVE . REGIAM . POPVLOSQVE . SVBDITOS

Sub Imagine

PRO . CLEMENTINA . VIRTVTEM . SCRIBE . TABELLA
PICTOR . ITA . EFFINGES . ORAQVE . ET . INGENIVM

1.

PRO . QVIETE
IOS. CAPYCII . ZVRLI . S. R. E. CARD. ARCHIEP. NEAP.
SACRA . PIACVLARIA

2.

IOS . CAPYCIO . ZVRLO
NON . MAGIS . MAIORVM . IMAGINIBVS
QVAM . EGREGIIS . ANIMI . DOTIBVS . COMMENDATISSIMO
QVI . EX . CALENA . ECCLESIA . AD . NEAP. CATHEDRAM
OMNIBVS . ORDINIBVS . PLAVDENTIBVS . EVECTVS
INDE . ROM. PVRPVRA
INSIGNIQVE . ORDINIS . S. IAN. TORQVE . CONSPICVVS
FIDE . INNOCENTIA . COMITATE
ATQ. EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
EXEMPLVM . PRAEBVIT
EVANGELICAE . VIRTVTIS . CVPIDIS . IMITANDVM
VIX. AN. XC . M. XI . D. XIX
OBIIT . PRID. KAL. IAN. MDCCCI
PONTIFICI . INCOMPARATISSIMO
DEQVE . SE . OPT. MERITO
NEAP. ECCL. CANONICI
MAIORIBVS . HOSTIIS
PARENTANT

3.

EVANGELICAE . CARITATIS
SVPRA . QVAM . CREDIBILE . EST
DILIGENTISS. IOS. CAP. ZVRLVS
CVM . NEMINE . VMQVAM . IN . GRATIAM . REDIIT
EIS . IRASCI . NEFAS . ARBITRATVS
QVOS . AMARE . DEBERET
NON . AD . OSTENTATIONEM.CHRISTIANIS.INFORMATVS.PRAECEPTIS
SED . AD . VITAM . AGENDAM

4.

SVB . SEVERIORIBVS . MAGISTRIS . EDVCTVS
IOS. CAP. ZVRLVS
QVAMVIS . IN . ARCHIEP. AC . CARDINALITIO . FASTIGIO . POSITVS
SINGVLARI . EMICVIT . ABSTINENTIA
ATQVE . VIX . PARVO . CONTENTVS
ECCLESIAST. OMNE . PATRIMONIVM
VEL . IN . PAVPERIBVS . IVVANDIS . IMPENDIT
VEL . IN . DIVINO . CVLTV . AMPLIFICANDO
ILLVD . APPRIME . EDOCTVS
SE . NON . DOMINVM . DOMVS . DEI
SED . DISPENSATOREM . CONSTITVTVM

5.

IOS. CAPYCIVM . ZVRLVM
ANTIQVI . MORIS . AC : RARISSIMI . EXEMPLI . VIRVM
MIRA . IN . DEVM . PIETAS
VEHEMENTISS. PROPAGANDAE . RELIGIONIS . STVDIVM
ATQVE . ANIMI . MAGNITVDO
IMMORTALITATI . CONSECRARVNT

HIC . IACET
IOSEPHVS . MARIA . CAPYCIVS . ZVRLVS
QVI . INTER . CLERICOS . REGVLARES . NOMEN
PROFESSVS . PROPTER . EGREGIAS . ANIMI . DOTES
MENTEMQVE . OPTIMIS . DISCIPLINIS . EXCVLTAM
AD . CALENAM . ECCLESIAM . EVECTVS
INDE . AD . NEAPOLITANVM . PONTIFICATVM
OMNIBVS . ORDINIBVS . PLAVDENTIBVS
TRANSLATVS . AC . ROMANA . PVRPVRA
INSIGNIQVE . ORDINIS . S. IANVARII . TORQVE
CONSPICVVS . CONSILIO . COMITATE
PRVDENTIA . ATQVE . EPISCOPALIBVS
VIRTVTIBVS . VNIVERSIS . IMMORTALI . SIBI
LAVDE . COMPARATA . OBIIT . PRIDIE . KAL
IANVARII . MDCCCI . AETATIS . SVAE . XCI

VINCENTIO . DE SVMMA
PRINCIPI . COLLIS . ET . CIRCELLI . MARCHIONI
FERDINANDO . I REGNI . VTRIVSQ. SIC. REGI
INTIMAE . ADMISSIONIS . CVBICVLARIO
NON . MAGIS . MAIORVM . IMAGINIBVS
QVAM . VITAE . INNOCENTIA . MORVM . SVAVITATE
ET . EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
COMMENDATISSIMO
VIX . AN. LXXV M. IV. D. I
OBIIT . KAL. SEXTIL. AN. MDCCCXI
MAGNO . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO
PARENTI . OPTIMO
DEQVE . SE . BENE . MERENTISSIMO
IANVARIVS . FILIVS
L. M. P

D. O. M

HEIC . REQVIESCIT . IN . PACE
HENRICVS . CAPVCIVS . MINVTVLVS
EX . CANVSII . PRINCIPIBVS
ECCLESIAE . HVIVS . MILETENSIS . EPISCOPVS
FIDE . COMITATE . CONSTANTIA
EFFVSA . IN . PAVPERES . LIBERALITATE
ET . SINGVLARI . RELIGIONIS . CVLTV
OMNES . RETRO . ANTISTITES . SVPERGRESSVS
QVI
DIVINI . MAGISTRI . PRAECEPTA . NON . AD . OSTENTATIONEM
SED . AD . VITAM . LAVDABILITER . AGENDAM . EDOCTVS
ECCLESIA . CATHEDRALI
ET . EPISCOPALI . DOMO . INSTRVCTIS . ORNATIS
CLERICORVM . SEMINARIO . MAGNIS . AVCTIBVS . AMPLIFICATO
NOSOCOMIO . AEGROTIS . RESTITVTO
OBIIT . PRID. NON. MAIAS . AN. R. S. MDCCCXXIV
AETATIS . SVAE . P. M. LXXXI
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO

QVISQVIS . ADES . BONAS . PRECES . PRECARE

1.

PRO . LVDOVICO . XVIII
GALLIARVM . REGE . CHRISTIANISSIMO
QVISQVIS . ADES
SEV . CIVIS . SEV . HOSPES
ANIMAE . PIENTISSIMAE . PACEM . ADPOSCITO
MENTE . PVRA

2.

LVDOVICO . XVIII BORBONIO
GALLORVM . REGI . AVGVSTISSIMO
INGENITA . MORVM . SVAVITATE
FIDE . INNOCENTIA . CONSTANTIA
ET . ADMIRANDA . IN . REBVS . ATQVE . ARDVIS . AC . SECVNDIS
ANIMI . AEQVABILITATE
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
QVI . SVB . INEXTRICABILIVM . NEGOTIORVM . MOLE
INTERQVE . CIVILIVM . PROCELLARVM . IACTATIONEM
ILLVD . SEMPER . MAXIMOPERE . CONTENDIT
VT . DE . VNA . VIRTVTE . CVM . BONIS . CERTARET
VIXIT ANNOS LXVIII M. IX D. XXIX
OBIIT XVI KAL. OCTOBRIS . MDCCCXXIV

VIRO . MAXIMORVM . OPERVM . GLORIA . IMMORTALI
FRANCISCVS . COLANGELVS
EPISCOPVS . STABIANVS
PIACVLARIBVS . MAIORIBVS . HOSTIIS
PARENTAT.

3.

LVDOVICO . XVIII
REGENDIS . IMPERIO . POPVLIS . NATO
QVOD . HISPANOS
A . TRVCVLENTISSIMI . INTESTINI . HOSTIS . SERVITVTE
IN . LIBERTATEM . ADSERVERIT
ASPERATOS . DIVTVRNA . BELLORVM . ACERBITATE
GALLORVM . ANIMOS
AD . CIVILEM . COMMVNITATEM . CONSOCIAVERIT
PRISTINAEQVE . GLORIAE . RESTITVERIT
REGIAM . MAIESTATEM . DILACERATAM
IN . SACRA . PRIMAEVA . IVRA . VINDICAVERIT
GENTES . VNIVERSAE
TANTI . PRINCIPIS . VIRTVTEM . AC . PROVIDENTIAM
ADMIRATAE

4.

SVB . SEVERIORIBVS . PRAECEPTORIBVS
MAIORIBVS . SVIS . EDVCTVS
LVDOVICVS . XVIII
AVITAE . RELIGIONIS . TENACISSIMVS
PROFVGA . CHRISTIANA . SAPIENTIA . IN . PATRIAM . REVOCATA
MORIBVS . EMENDATIS
SACERDOTII . ET . IMPERII . CONCORDIA
CVM . PIO . VII PONTIFICE . MAX. FIRMATA
SE . REGEM . PRAESTITIT . VERE . CHRISTIANISSIMVM

5.

LVDOVICVS . XVIII
NATVRA . PROCLIVIOR . VT . BENEFACTI
QVAM . ERRATI . VICEM . EXSOLVERET
IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO
CVM . NEMINE . IN . GRATIAM . REDIIT
IIS . IRASCI . NEFAS . ARBITRATVS . QVOS . AMARE . DEBERET
NON . AD . OSTENTATIONEM
DIVINI . MAGISTRI . SEQVVTVS . PRAECEPTA
SED . AD VITAM . LAVDABILITER . AGENDAM

HAVE . REX . OPTIME
DE . PVBLICA . RE . BENEMERENTISSIME
ITERVM . HAVE . ATQVE . VALE

1.

FERDINANDO . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . AVGVSTO
PARENTALIA

2.

SACRA . PIACVLARIA
PRO . FERDINANDO . I FIVNT
ADESTE . CIVES . ADESTE . HOSPITES
MENTE . PVRA

3.

PROFANI . EXESTE
QVIBVS . IVS . FASQVE . ADIRE
PRO . QVIETE . AETERNA . REGIS . PIENTISSIMI
IN . VOTA . ET . PRECATIONES
NE . CESSANTO

4.

FERDINANDO . I
CAROLI . III CATHOLICI . REGIS . FILIO
PHILIPPI . V NEPOTI
LVDOVICI . SERENISSIMI . DELPHINI . PRONEPOTI
LVDOVICI . MAGNI . REGIS . CHRISTIANISSIMI . ABNEPOTI
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
HISPANIARVM . INFANTI
PARMAE . PLACENTIAE . ET . CASTRI . DVCI
MAGNO . HETRVRIAE . PRINCIPI
FIDE . GRAVITATE . CONSTANTIA
ET . ADMIRANDA . IN . RERVM . HVMANARVM . CONVERSIONIBVS
ANIMI . FIRMITVDINE
OMNIVM . PRAECONIIS . MEMORANDO
VIXIT . ANNOS . LXXIII M. XI D. XXIII
REGNAVIT . AN. P. M. LXV
OBIIT . PRID. NONAS . IANVARIAS . AN. R. S. MDCCCXXV
OPTIMO . PRINCIPI
DEQVE . SE . BENEMERENTISSIMO
ALOYSIVS . RVFFVS . DE . CALABRIA
S. R. E. CARDINALIS . ARCHIEPISCOPVS . NEAP
HOSTIIS . MAXIMIS
PARENTAT

5.

FERDINANDO . I
P. F. AVG
QVOD
AVITAM . GLORIAM . AEMVLATVS
PROFVGA . SAPIENTIA . IN . PATRIAM . REVOCATA
EPHEBEA . GYMNASIA . SCHOLAS
ADOLESCENTIBVS . AD . HVMANITATEM . INFORMANDIS
ANNVO . CENSV . CONTRIBVTO
INSTITVERIT
REGIVM . NEAP. ARCHIGYMNASIVM
OMNIGENA . LITTERARIA . GAZA
ET . APPARATISSIMA . BIBLIOTHECA . INSTRVXERIT
MARMORA . PICTVRAS . SIGNA
EX . HERCVLANENSIBVS . POTISSIME . ET . POMPEIANIS
CONFLAGRATIONIBVS
EFFOSSA
HOSPITIO . SPLENDIDISSIMO
IN . MVSARVM . DOMICILIO
HOSPITIO . EXCEPERIT . SPLENDIDISSIMO
ADOLESCENTES . IN . OPTIMARVM . ARTIVM
ET . SEVERIORVM . DISCIPLINARVM . STVDIVM
PROPOSITIS . VIRTVTI . PRAEMIIS
EXCITAVERIT
NEAPOLITANI . CIVES
OPTIMI . PRINCIPIS . PROVIDENTIAM
ADMIRATI

6.

AVITAM . RELIGIONEM
A . MAIORIBVS . SIBI . VELVTI . PER . MANVS . TRADITAM
FERDINANDVS . I
SARTAM . TECTAMQVE . SEMPER . SERVAVIT
ET . SACERDOTII . ATQVE . IMPERII . CONCORDIA
CVM . PIO . VII PONTIFICE . MAXIMO . FIRMATA
TEMPLIS . ATQVE . ALTARIBVS
VEL . A . SOLO . EXTRVCTIS
VEL . IN . INTEGRVM . RESTITVTIS
ET . AMPLIORI . CENSV . LOCVPLETATIS
REI . PRIVATORVM . ECCLESIASTICAE
PROSPEXIT . ET . PVBLICAE
QVO . VIRTVTIBVS . SENSIM . ILLATIS
VITIA . EXVLARENT . SINE . VOCE . PRAECONIS

7.

PROH . QVANTVLA . EST . MORTALIVM . POTENTIA
QVEM . REGES . SVSPEXERE . VIRIQVE . PRINCIPES
QVEM . VIVAX . GLORIA . MODO . AD . CAELOS . EXTVLIT
CVIVS . ET . OB . OS . POPVLI . ORA . OBVERTEBANT . SVA
FERNANDVS . EHEV . PARVVLA . VRNA . CLAVDITVR
PROH . QVANTVLA . EST . MORTALIVM . POTENTIA

8.

VIX . REGIO . LOCATVS . IN . FASTIGIO
FORTIS . FORTVNAE . DESPECTAVIT . IMPETVS
VNISQVE . SAT . BEATVS . REX . VIRTVTIBVS
EN . INTER . ASTRA . SIDVS . EMICAT . NOVVM

9.

PROCVL . HINC . QVERELAE . LVCTIBVS . ET . MODVS . SIET
NON . OMNIS . OBIIT . FERNANDVS . RELLIGIO . FIDES
CONSTANTIA . AEQVANIMITAS . ET . RECTI . TENOR
FAMAMQVE . NOMENQVE . ILLIVS . IN . AEVVM . PROFERENT

10.

QVIS . INDOLERE . QVIVERIT . AVT . IRASCIER
FERNANDVS . HINC . QVOD . INOPINATO . EXCESSERIT
QVI . FILIVM . NOBIS . BENEMERENTISSIMVM
REGEM . RELIQVIT . SCILICET . FAVSTISSIMVM
DELICIVM . POPVLORVM . OPTIMVMQVE . PRINCIPEM

1.

FERDINANDO . I
CAROLI . III CATHOLICI . REGIS . FILIO
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
P. F. AVG
FIDE . LIBERALITATE . CONSTANTIA
ET . IVSTITIAE . CVLTV
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
QVI
POST . REGNATAM . PER . ANNOS . P. M. LXV
VTRAMQVE . SICILIAM
MORTE . INOPINA . RAPTVS . EST
PRID. NON. IANVARII . ANNO . S. MDCCCXXV
ANNOS . NATVS . LXXIII M. XI D. XXIII
INGENTI . SVI . DESIDERIO . RELICTO

PRINCIPI . OPTIMO . BENEFICENTISSIMO
X-VIRI . SACELLI . CVRATORES
TEMPORARII . TVMVLI . APPARATIONE
ET . HOSTIIS . MAIORIBVS
SVPREMA . PIETATIS . OFFICIA
PERSOLVVNT

HEV . QVAM . VOLVCRI . MORTALIA
FVGIVNT . PEDE

2.

CAROLO . III
VTRIVSQVE . OLIM . SICILIAE
DEINDE . HISPANIARVM . REGI . FEL. INVICTO
POPVLORVM . PACATORI
QVOD
III NON. SEXTILES . AN. S. MDCCXXXVIII
AVGVSTVM . HOC . SACELLVM
MAIESTATE . SVA . COMPLEVERIT
ATQVE . INSIGNEM . EQVITVM . ORDINEM
SVB . TITVLO . S. IANVARII
IN . TVTELA . ET . FIDE . REGIA . INSTITVERIT
X-VIRI . CVRATORES
TANTI . PRINCIPIS . IMMORTALIBVS . OBSTRICTI
BENEFICIIS

3.

FERDINANDVS . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REX
PATERNAE . GLORIAE . AEMVLATOR
MAGNIS . POPVLORVM . REGNATORIBVS
ET . PRINCIPIBVS . VIRIS
AVREO . INSIGNI . TORQVE . DONATIS
ORDINEM . EQVITVM
SVB . TVTELA . DIVI . IANVARII
AVGVSTIOREM . REDDIDIT
AC . VERE . REGIVM

4.

FERDINANDVS . I AVG
IN . PVBLICA . COMMODA . INTENTVS
NE . PVERI . EGESTATE . ATTRITI
VITIIS . MALO . PVBLICO . ADOLESCERENT

NEOTROPHIIS . VEL . AB . INCHOATO . INSTITVTIS
VEL . AMPLIORI . CENSV . AVCTIS
AD . OPTIMOS . MORES . ET . DOCTRINAS
EDVCARI . VOLVIT
QVO . ARTIBVS . POTISSIMVM . SEDENTARIIS
INFORMATI
DETERIORA . RELINQVERENT
MELIORIBVS . DELECTATI

5.

FERDINANDO . I
FVGIENTIVM . LITTERARVM . STATORI
QVOD
OPTIMAS . ET . INGENVAS . ARTES
FOVERIT . AMPLIFICAVERIT
SCHOLAS . GYMNASIA
SPLENDIDISSIMO . LITTERARIO . APPARATV
INSTRVXERIT
MVSARVM . ALVMNOS . AD . PRISTINAM . GLORIAM
EXCITAVERIT
NEAPOLITANI . CIVES
PRINCIPIS . PROVIDENTIAM
ADMIRATI

6.

HEIC . FERDINANDI . I CINERES
QVIESCVNT
QVI . ADES . BONAS . PRECES . PRECARE

1.

FERDINANDO . I
CAROLI . III . HISPANIARVM . REGIS . F
PARENTALIA

2.

FERDINANDO . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
IVSTITIA . COMITATE . BENEFICENTIA
NVLLI . PRINCIPVM . SECVNDO
IN . SVMMO . RERVM . FASTIGIO . POTESTATIS . TEMPERANTI
COMMVNI . SED . INOPINO . FATO . EX . HVMANIS . EREPTO
SODALES . SVB . TVTELA . SS. TRINITATIS . PEREGRINORVM
LVCTIBVS . EXTERNATI

SACRA . PIACVLARIA
SPLENDIDISSIMA . TEMPORARII . TVMVLI . APPARATIONE
RITE . PERSOLVVNT
VIXIT . ANNOS . LXXIII M. XI D. XXIII
REGNAVIT . ANNOS . LXV

3.

FERDINANDO . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REX . PROVIDENTISSIMVS
NE . PROVINCIALES . ET . VRBANAE . NEGOTIATIONES
MALO . PRIVATORVM . ET . PVBLICO . INTERCIPERENTVR
VIAS . AVT . INVIAS. AVT.TEMPORIS.LABE.CORRVPTAS.DISSOLVTAS
PONTIBVS . PASSIM . SVBSTRVCTIS
FIRMA . STABILITATE . MVNITAS . MARGINATAS
LATIORES . LONGIORESQVE . FIERI . IVSSIT
QVO . VIATORES
MAXIMIS . IRENT . ITINERIBVS
ET . CIVITATES
ANNONARIIS . ET . PRIVATIS . COMMEATIBVS
NON . PROHIBERENTVR

4.

FERDINANDO . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . P. F. A
IVSTI . ET . AEQVI . DILIGENTISSIMO
QVOD . VETERI . ABROGATO . IVRE
INVTILES . LONGARVM . LITIVM . MOROSITATES
PROCVL . EXTVRBAVERIT
NOVOQVE . IVDICIORVM . ORDINE . CONSTITVTO
LEGIBVS . SANCTITATEM
CIVIBVS . SECVRITATEM . ASSERVERIT
NEAPOLITANI . CIVES
GRATI . ANIMI . ET . BENEFICII . MEMORES

5.

FERDINANDVM . I
NON . MAGIS . BORBONII . NOMINIS . MAIESTAS
NEC . AVGVSTI . FILII . AC . NEPOTES
EX . AVGVSTIS . CONIVGIBVS . PROCREATI
AVT . MAXIMORVM . OPERVM . GLORIA
QVAM . FIDES . IVSTITIA . PIETAS
NON . FVCATVS . RELIGIONIS . CVLTVS
ET . SINGVLARIS . BENEFICENTIA
IMMORTALITATI . CONSECRARVNT

FERDINANDO . I
CAROLI . III HISPANIARVM . REGIS . F
PHILIPPI . V N
LVDOVICI . SERENISSIMI . DELPHINI . PRON
LVDOVICI . MAGNI . GALLIARVM . MONARCHAE . ABN
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . AVG. P. F
QVI . NEC . PROSPERIS . REBVS . ELATVS
NEC . ADVERSIS . VNQVAM . FRACTVS
IPSA . REGIA . FORTVNA . DESPECTATA
OMNIA . SEMPER . AD . VIRTVTEM . RETVLIT
ARTIBVS . AC . LITTERIS . DIV . IACENTIBVS
SVMMA . LIBERALITATE . ERECTIS
NEAPOLITANO . GYMNASIO . PRINCIPE
APPARATISSIME . INSTRVCTO
IMMORTALIBVS . OPERIBVS . IN . VTROQVE . REGNO
VEL . AB . INCHOATO . EXTRVCTIS . VEL . REFECTIS . ABSOLVTIS
IMPROVISA . FATORVM . VI
EX . HVMANIS . RAPTVS . EST
INTERCISO . GLORIAE . CVRSV
PRID. NON. IANVARII . AN. MDCCCXXV
VTRAQVE . SICILIA . ANNIS . P. M. LXV REGNATA
REGI . OPTIMO
DE . LITTERIS . LITTERATISQVE . VIRIS . OPTIME . MERITO
NEAPOLITANI . ARCHIGYMNASII . PROFESSORES
SVPREMA . SOLVVNT . PIETATIS . OFFICIA

1.

PRO . QVIETE . AETERNA
PII . VII
PONTIFICIS . MAXIMI
SACRA . PIACVLARIA

QVISQVIS . TEMPLVM . INGREDERIS
ANIMAE . INCOMPARABILI
PACEM . ADPRECARE

2.

IN . ALTISSIMVM . PONTIFICALE . CVLMEN . PROVECTVS
PIVS . VII
INGENITA . COMITATE . AC . FACILITATE . SVA
PAR . INFIMIS . FACTVS
POPVLORVM . ANIMOS . ITA . SIBI . DEVINXIT

VT . E . GALLICANA . PEREGRINATIONE . REDVCEM
ITALIA . VNIVERSA . SVIS . EMOTA . SEDIBVS
IN . VRBEM . VELVTI . PER . TRIVMPHVM
DEDVXERIT

3.

SVB . SEVERIORIBVS . PRAECEPTORIBVS
NON . AD . OSTENTATIONEM
SED . AD . VITAM . AGENDAM
CHRISTIANIS . INFORMATVS . PRAECEPTIS
PIVS . VII
DE . ABSTINENTIA . CVM . INNOCENTE
SEMPER . CERTAVIT
ET . IVRA . CONSANGVINITATIS . OBLITVS
VNA . VIRTVTE . SVIS . COMMENDATA
PRIVATVM . OMNE . PATRIMONIVM
VEL . IN . PAVPERIBVS . IVVANDIS . EFFVDIT
VEL . IN . RELIGIONIS . CVLTV . AMPLIFICANDO
ILLVD . APPRIME . EDOCTVS
SE . NON . DOMINVM . DIVINAE . DOMVS
SED . DISPENSATOREM . CONSTITVTVM

4.

PIO . VII
PVBLICAE . TRANQVILLITATIS . CONSERVATORI
OMNIVM . SAECVLORVM . PRAEDICATIONE
MEMORANDO
QVOD . DIFFICILLIMIS
CHRISTIANAE . REI . TEMPORIBVS
PACTIS . CVM . FERDINANDO . I
VTRIVSQVE . SIC. REGE . AVG
CONVENTIS
SACERDOTII . ET . IMPERII . CONCORDIAM
FIRMAVERIT
ORDO . POPVLVSQVE . NEAP
TANTI . PONTIFICIS
VIRTVTEM . ET . PRVDENTIAM
ADMIRATI

5.

PIVM . VII
PONTIFICEM . VERE . MAXIMVM
MORVM . SVAVITATE . VITAE . INNOCENTIA
APOSTOLICA . MAIESTATE

COMMENDATISSIMVM
SVMMA . GRAVITAS . CONSTANTIA . SINGVLARIS
ET . ADMIRANDA . IN . REBVS . ADVERSIS
ANIMI . MAGNITVDO
IMMORTALITATI . CONSECRABVNT

6.

O . CIVES . CIVES . AD . CAELVM . ATTOLLITE . VOCES
PONTIFICI . MAGNO . AETERNAM . DEPOSCITE . PACEM

7.

RELLIGIONE . PATRVM . INSIGNEM . VIRTVTE . DECORVM
IN . CAELOS . ADMITTE . PIVM . REX . CHRISTE . PRECAMVR

8.

AT . TV . SANCTE . SENEX . CAELESTI . IN . SEDE . LOCATVS
SIS . BONVS . O . FACILISQVE . IVVES . PIA . VOTA . PRECANTVM

9.

NOMINA . MAIORVM . FASCES . TITVLIQVE . FACESSANT
ADSIDEANTQVE . PIO . RELLIGIO . ATQVE . FIDES

1.

PIO . VII
PONTIFICI . MAXIMO
FVNEBRIVM . OFFICIORVM . OBSEQVIA

SIVE . CIVIS . SIVE . HOSPES
MANIBVS . PIENTISSIMIS
PACEM . ADPOSCITO

2.

O . QVI . CVNCTA . TVO . CAELESTI . NVMINE . COMPLES
TV . DEVS . OMNIPOTENS . NOSTRIS . NVNC . ANNVE . VOTIS
SIS . DEXTER . FELIXQVE . PIO . SIS . FAVSTVS . ET . ILLVM
CONTINVO . IN . CAELI . SEDES . ACCIRE . MEMENTO

3.

PIVS . VII
PONTIFEX . MAXIMVS
QVAMVIS . INGENITA . MORVM . SVAVITATE
SVPRA . HOMINVM . FIDEM . SPECTATISSIMVS
TANTA . IN . DIFFICILIBVS . CHRISTIANAE . REI
TEMPESTATIBVS

EMICVIT . ANIMI . CELSITVDINE
VT . NON . MODO . SVI . CIVES
SED . EXTERAE . QVOQVE . GENTES
TAMQVAM . E . CAELO . DELAPSVM
SVSPEXERINT . VENERABVNDI

4.

PIO . VII
ECCLESIAE . VNIVERSAE . ANTISTITI
CONSILII . MATVRITATE . CONSTANTIA . GRAVITATE
ET . SINGVLARI . TAM . IN . ARDVIS
QVAM . IN . BONIS . REBVS
MENTIS . AEQVABILITATE
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
VIX . AN. LXXXI D. VI
SEDIT . AN. P. M. XXIV
OBIIT . XI KAL. SEPT. MDCCCXXIII
VIRO . MAXIMORVM . OPERVM . GLORIA
IMMORTALI
ET . DE . CHRISTIANO . NOMINE . B. M
SACERDOTES . ECCLESIAE . SS. SALVATORIS . INSERVIENTES
TEMPORARII . TVMVLI . APPARATIONE
HOSTIISQVE . MAXIMIS
IVSTA . PERSOLVVNT

5.

PIVM . VII
PONTIFICEM . VERE . MAXIMVM
MORVM . SVAVITATE . VITAE . INNOCENTIA
APOSTOLICA . MAIESTATE
COMMENDATISSIMVM
SVMMA . GRAVITAS . CONSTANTIA . SINGVLARIS
ET . ADMIRANDA . IN . REBVS . ADVERSIS
ANIMI . MAGNITVDO
IMMORTALITATI . CONSECRARVNT

1.

LEONI . XII
PONTIFICI . MAXIMO
PARENTALIA

QVISQVIS . TEMPLVM . INGREDERIS
SIVE . CIVIS . SIVE . HOSPES
ANIMAE . INCOMPARABILI
AETERNAM . SECVRITATEM
ADPRECARE

2.

LEONI . XII
PONTIFICI . SVMMO
IVSTITIA . COMITATE . PRVDENTIA
ET . EXIMIA . ANIMI . MAGNITVDINE
FELICIORIBVS . ECCLESIAE . SECVLIS . INVIDENDO
VIXIT . AN. LXVIII . M. VI . D. VI
AD . RES . PRAECLARE . GESTAS . PERDIV
AD . POPVLORVM . SOLATIVM . PARVM . DIV
SEDIT . AN. V. M. IV . D. XI
OBIIT . VI IDVS . FEBRVARIAS . AN. MDCCCXXIX
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO
ALOYSIVS . RVFFO . DE . CALABRIA
S. R. E. CARDINALIS . ARCHIEPISCOPVS . NEAP
PRINCIPI . BENEFICENTISSIMO
ET . DE . RE . ECCLESIASTICA . OPTIME . MERITO
IVSTA . PERSOLVIT
MORE . MAIORVM

3.

AD . PONTIFICIAE . MAIESTATIS . FASTIGIVM
CHRISTIANO . ORBE . VNIVERSO
PLAVDENTE
EVECTVS . LEO . XII
MAGNI . LEONIS . VESTIGIA . PERSEQVVTVS
ABSTINENTIA . EMICVIT . SINGVLARI
ET . CONSANGVINITATIS . PENITVS . OBLITVS
OMNE . PATRIMONIVM
VEL . IN . PAVPERIBVS . IVVANDIS . EFFVDIT
VEL . IN . DIVINO . CVLTV . AMPLIFICANDO
VNA . VIRTVTE
AGNATORVM . GENTILIVMQVE . FIDEI . COMMISSA
DE . QVA . CVM . BONIS . SEMPER . CERTARENT

AD . SVMMVM . PONTIFICALE . CVLMEN
CVNCTIS . AMPLISSIMI . ECCLESIASTICI . ORDINIS . SVFFRAGIIS

LEO . XII
EVOCATVS
DIGNITATI . SACERDOTIO . ASSERENDAE
DIFFLVENTIBVS . CORRIGENDIS . MORIBVS
FRAENISQVE . LICENTIAE . INIICIENDIS
INTENTVS
DISCIPLINAM . PRISTINAE . SANCTITATI
RESTITVERE . SATEGIT
SALVBERRIMIS . INDE . LATIS . SANCTIONIBVS
OPINIONVM . DISSIDIIS
QVOAD . EIVS . FIERI . POTVIT . COMPOSITIS
VILLICATIONE . SVA . CHRISTO . PATRIFAMILIAS
COMPROBATA
INTERCISO . GLORIAE . CVRSV
OBIIT . VI IDVS . FEBRVARIAS . ANNO . MDCCCXXIX
NATVS . POSTRIDIE . KAL. SEXTILES . AN. MDCCLX

LEONI . XII
PONTIFICI . MAXIMO
FIDE . BENEFICENTIA . ANIMI . MAGNITVDINE
ET . EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
DECVRRENTIVM . SECVLORVM . PRAECONIIS . MEMORANDO
QVI
PER . DIVERSOS . HONORVM . ET . MVNERVM . GRADVS
SVPREMVS . VNIVERSAE . ECCLESIAE . ANTISTES . AC . MAGISTER
OMNI . CHRISTIANO . ORBE . PLAVDENTE
IN . APOSTOLICA . ROM. SEDE . LOCATVS
EA . SIBI . AGENDA . EDOCTVS
QVAE . IPSO . TACENTE . SEMPER . DE . IPSO . LOQVERENTVR
INIECTIS . LICENTIAE . FRAENIS
IVDICIIS . GRAVITATE . LEGIBVS . SANCTITATE . ASSERTA
MVSARVM . DOMICILIIS . OPVLENTISSIMA . LITTERARIA . GAZA
ET . AMPLIORE . CENSV . LOCVPLETATIS
TEMPLIS . MAGNIFICENTISSIME.QVA INSTAVRATIS.QVA.INSTRVCTIS
SE . APOSTOLICAE . VIRTVTIS . EX . ASSE . HEREDEM . COMPROBAVIT

VIRO . IN . MAXIMARVM . RERVM . SCIENTIA . SVMMO
DEQVE . SE . BENEMERENTISSIMO
METROPOLITANAE . ECCLESIAE . NEAP. CANONICI
ORNATISSIMA . TEMPORARII . TVMVLI . APPARATIONE

ET . HOSTIIS . MAIORIBVS
FVNEBRIVM . OFFICIORVM . OBSEQVIA
PERSOLVVNT

CVICVI . IVS . FASQVE . TEMPLVM . ADIRE
BONAS . PRECES . PRECATOR

LEONI . XII
PONTIFICI . SVMMO
MORVM . SVAVITATE . ANIMI . CELSITVDINE
IVSTITIA . BENEFICENTIA
COMMENDATISSIMO
QVI
ADVERSA . VALETVDINE . DIVEXATVS
RELIGIONIS . CVLTV . AMPLIFICANDO
OVIBVS . EX . CHRISTI . PRAECEPTO . PASCENDIS
CONFIRMANDIS . FRATRIBVS
APOSTOLICAM . STRENVITATEM . PRVDENTIAM
CATHOLICO . ORBI . VNIVERSO . COMPROBAVIT
VIXIT . ANNOS . LXVIII M. VI D. VI
OBIIT . VI IDVS . FEBRVARIAS . ANNO . MDCCCXXIX
CVM . OMNIVM . LACRYMIS . ET . MOERORE . ELATVS
SODALES
SVB . TVTELA . S. MARIAE . REGINAE . PARADISI
PASTORI . VIGILANTISSIMO
DEQVE . CHRISTIANO . NOMINE . OPTIME . MERITO
SVPREMA . OFFICIORVM . IVSTA
PERSOLVVNT

1.

ALOYSIVS . MEDICEVS
NON . MAGIS . VETERI . PROSAPIAE . CLARITATE
QVAM . INGENII . FVLGORE
ET . SPLENDIDISSIMIS . ANIMI . ORNAMENTIS
SPECTATISSIMO
QVI . AD . SVMMOS . HONORVM . GRADVS
NON . MAIORVM . IMAGINIBVS
SED . VNA . VIRTVTVM . SVFFRAGATIONE . EVECTVS
POST . OPERAM . BORBONIIS . REGIBVS
IN . VTRAQVE . SICILIA
OPTIME . NAVATAM

FRANCISCVM . I HYEME . SAEVIENTE . IN . HISPANIAM
MAXIMIS . ITINERIBVS . SEQVVTVS
MANTVAE . CARPETANORVM . OBIIT
VIII KAL. FEBRVARII . ANNO . MDCCCXXX
VIRO . INCOMPARABILI . PATRVO . DE . SE . B. M
IOSEPHVS . MEDICEVS . DVX . MIRANDAE
POMPA . FVNERIS . APPARATISSIMA
IVSTA . PERSOLVIT

2.

TVRPE . VIRO . NOBILI . AC . PATRICIO . RATVS
VITAM . PER . SOCORDIAM . ATQVE . IGNAVIAM . AGERE
AD . BONARVM . ARTIVM . CVLTVM
AC . PVBLICI . PRIVATIQVE . IVRIS . SCIENTIAM
TOTO . PECTORE . AB . AETATE . PRIMA . ITA . INCVBVIT
VT . VIX . XX AETATIS . ANNVM . EMENSVS
INTER . VI--VIROS . STLITIBVS . IVDICANDIS . ADLECTVS
PRVDENTIAM . ET . ANIMI . IN DICENDIS . SENTENTIIS
FIRMITVDINEM
PROBAVERIT . VNIVERSIS
INDE . PER . ALIOS . EX . ALIIS . HONORVM . GRADIBVS
REGENS . M. C. V. RENVNCIATVS
FRAENIS . GRASSANTI . LICENTIAE . INIECTIS
MISERIS . PERFVGIVM . FACTVS . ET . IMPROBIS . PERNICIES
FORTES . FORTIBVS . CREARI
COMMONSTRAVIT

3.

INGENTIBVS . ORNATVS . NATVRAE . BONIS
HONORIBVS . QVANTIS . MAXIMIS . AVCTVS
INGENITA . COMITATE . ET . FACILITATE . SINGVLARI
SE . INFIMIS . SEMPER . AEQVAVIT
ET . QVOD . RARI . IN . CVLMINE . TANTO . EXEMPLI . EST
IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO
CVM . NEMINE . VMQVAM . IN . GRATIAM . REDIIT
IIS . IRASCI . NEFAS . ARBITRATVS
QVOS . EX . DIVINO . PRAECEPTO . AMARE . DEBERET

4.

AD . SVMMOS . HONORVM . GRADVS
NON . MAIORVM . IMAGINIBVS
SED . VNA . VIRTVTVM . SVFFRAGATIONE . EVECTVS
IN . OMNIBVS . MVNERIBVS . AC . DIGNITATIBVS . ITA . SE . GESSIT

VT . SEMPER . MAIORE . DIGNVS . VIDERETVR
ET . QVOD . DIFFICILLIMVM . INTER . MORTALES . EST
GLORIA . INVIDIAM . DEVICIT

5.

OPTIMIS . PRAECEPTORIBVS . INSTRVCTVS
MAIORIBVS . SVIS
ILLVD . AB . AETATE . PRIMA . EDOCTVS
MORTALIA . OMNIA . BREVI . DILABI
EGREGIA . INGENII . FACINORA . IMMORTALIA . FORE
NON . DIVITIIS . ET . SVMPTIBVS . CVM . DIVITIBVS . CONTENDIT
SED . PROBITATE . INDVSTRIA . ANIMI . MVNIFICENTIA
CVM . BONIS . SEMPER . CERTAVIT
ET . MAIORVM . GLORIAM
INGENII . AD . OMNIA . VERSATILIS . SPLENDORE
MAXIMIS . AVXIT . INCREMENTIS

PRO . IOACHIMO . LAVITRANO
NEAP. CATHEDRALIS . ECCLESIAE . CANONICO . THEOLOGO
SACRA . PIAMINA
QVISQVIS . ADES
SEV . CIVIS . SEV . HOSPES
INTER . BONOS . BONAS . PRECES . PRECARE

1.

IOACHIMO . LAVITRANO
CANONICO . THEOLOGO
NON . VETERI . PROSAPIA . ET . AVORVM . TITVLIS
SED . FERVENTIORI . RELIGIONIS . CVLTV
MORVM . SVAVITATE
ET . VITAE . INNOCENTIA
PRISCIS . ECCLESIAE . SECVLIS . INVIDENDO
VIXIT . AN. LXXIV . M. V D. IX
DECESSIT . NONIS . DECEMBRIBVS . AN. R. S. MDCCCXXIX
IN . PACE
VIRO . INCOMPARABILI
SODALI . BENEMERENTISSIMO
PRESBYTERI . SODALES
SVB . TVTELA . VIRGINIS . DEIPARAE . IN . CAELVM . ASSVMPTAE
TEMPORARII . TVMVLI . APPARATIONE
ET . HOSTIIS . MAIORIBVS
IVSTA . FVNEBRIA . PERSOLVVNT

2.

ADOLESCENTIBVS . AD . THEOLOGICAS . DISCIPLINAS . INFORMANDIS
PROFESSOR . SVBSTITVTVS
IN . ARCHIEPISCOPALI . NEAP. LYCEO
IOACHIMVS . LAVITRANVS . RENVNCIATVS
DEMISSE . DE . SE . SENTIRE . AB . AETATE . PRIMA . ASSVETVS
SECVNDAS . AGERE . NON . DETRECTAVIT
LAVDABILE . RATVS . AC . IVCVNDVM
IIS . AD . DIVINA . ORACVLA . ERVDIENDIS
OPERAM . PRO . VIRILI . IMPENDERE
QVI . SACRAE . MILITIAE . NOMEN . FORENT . PROFESSI
PRO . EVANGELICA . VERITATE . PROPVGNATVRI

3.

AD . THEOLOGI . SEDEM
IN . METROPOLITANA . ECCLESIA . NEAP
HONORIFICENTISSIME . CVNCTIS . PLAVDENTIBVS . EVECTVS
IOACHIMVS . LAVITRANVS
AD . SCRIPTVRARVM . EXPLANATIONEM
TOTO . PECTORE . ADEO . INCVBVIT
VT . QVOTIES . STATIS . DIEBVS . DEI . ELOQVIA
PRO . CONCIONE . ENVNTIARET
PRAECEPTAM . SVBACTI . INGENII . OPINIONEM
LONGE . SVPERASSE . CONCLAMAVERINT . VNIVERSI

1.

FRANCISCO . I
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI
P. F. A
PARMAE . PLACENTIAE . ET . CASTRI . DVCI
MAGNO . HETRVRIAE . PRINCIPI
CLEMENTIA . COMITATE . BENEFICENTIA
EXIMIO . RELIGIONIS CVLTV
ATQVE . ADMIRANDA . IN . REBVS . AEQVE . ADVERSIS . AC . SECVNDIS
ANIMI . AEQVABILITATE
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
VIXIT . ANNOS . LIII M. II D. XX
OBIIT . VI IDVS . NOVEMBRES . AN. MDCCCXXX
INGENTI . SVI . DESIDERIO
APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO
PRINCIPI . OPTIMO . B. M

X-VIRI . HVIVS . AVGVSTISSIMI . SACELLI . CVRATORES
SPLENDIDISSIMO . FVNERIS . APPARATV
SVPREMA . PIETATIS . OFFICIA
PERSOLVVNT

2.

AVITAE . RELIGIONIS . CVSTOS . VIGILANTISSIMVS
FRANCISCVS . I
ILLVD . POTISSIMVM . ANIMVM . SEMPER . INTENDIT
NE . QVID . DETRIMENTI
CHRISTIANA . SAPIENTIA . CAPERET
VTQVE . DILABENTES . MORES
SVO . MAGIS . EXEMPLO . QVAM . LEGVM . SEVERITATE
EMENDARET
HISCE . PRAESIDIIS . RATVS
VITAE . TRANQVILLITATEM
SVBDITIS . POPVLIS . PERPETVA . STABILITATE . CONSTATVRAM

3.

NE . COMMERCIA
MALO . PVBLICO . INTERCIPERENTVR
FRANCISCVS . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REX
PER . DIVERSAS . NEAP. REGNI . PROVINCIAS
VIAS . AVT . PRORSVS . INVIAS
AVT . TEMPORIS . LABE . CORRVPTAS . DISSOLVTAS
PONTIBVS . PASSIM . SVBSTRVCTIS
GLAREA . ET . INCISO . LAPIDE . MVNIRI . IVSSIT
VIATORES
PRINCIPI . PROVIDENTISSIMO
GRATIAS . HABEBVNT . NVMQVAM . INTERMORITVRAS

4.

FRANCISCVS . I
FERDINANDI . I FILIVS
CAROLI . III HISPANIARVM . MONARCHAE . NEPOS
PHILIPPI . V PRONEPOS
NATVRA . PROCLIVIOR
VT . BENEFACTI . QVAM . ERRATI . VICEM . EXSOLVERET
IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO
CVM . NEMINE . VMQVAM . IN . GRATIAM . REDIIT
IIS . IRASCI . NEFAS . ARBITRATVS
QVOS . CARITATE . NON . FICTA . AMARE . DEBERET

5.

FRANCISCVM . I
VTRIVSQVE . SICILIAE . REGEM
NON . MAGIS . BORBONII . NOMINIS . MAIESTAS
NON . AVGVSTI . FILII . AC . NEPOTES
QVAM . RELIGIO . FIDES . PIETAS
COMITAS . CLEMENTIA . AEQVITAS
QVAE . ADVERSVS . SECVNDARVM . RERVM . VIM
IMMOTAE . SEMPER . STETERVNT
IMMORTALITATI . COMMENDABVNT

1.

IVSTITIA . BENEFICENTIA . MORVM . SVAVITATE
ET . BONARVM . ARTIVM . CVLTV
NVLLI . SECVNDVS
CLEMENTIAE . LAVDE . OMNES . SVPERAVIT
QVI . ANIMADVERSIONIS . SEVERITATE
CONDIMENTIS . HVMANITATIS . MITIGATA
PLVRIMOS . ALIENAE . IRAE . ERIPVIT
HONORIFICENTISSIMVM . PRINCIPIS . ORNAMENTVM
RATVS . CORONAM . ILLAM
OB . CIVES . SERVATOS

2.

IN . SVMMO . HVMANARVM . RERVM . CVLMINE . LOCATVS
PARI . SEMPER . FASTIGIO . STETIT
ET . QVOD . DIFFICILLIMVM . IN . MAXIMA . POTESTATE . EST
SECVNDIS . REBVS . SAPIENTER . VSVS
ADVERSAS . VIRILITER . SVSTINVIT
IPSAQVE . SVAE . DOMVS . INDIGNA . IACTATIONE
PRVDENTIA . SINGVLARI . ET . LAETO . VVLTV . TOLERATA
IN . SVI . ADMIRATIONEM . ET . AMOREM
EXCITAVIT . VNIVERSOS

3.

AB . AETATE . PRIMA . EDOCTVS
MAXIMAM . FORTVNAM . MAXIMAM . ESSE . SERVITVTEM
IN . ID . TOTO . PECTORE . INCVBVIT
VT . OMNES . AD . VIRTVTEM . EXEMPLO . SVO . EXCITARET
ET . SVBDITARVM . GENTIVM . COMMODIS
QVAMVIS . ADVERSA . VALETVDINE . CONFLICTATVS
OMNI . ET . TEMPORE . ET . LOCO . INSERVIRET

VTINAM . MORTIS . INCLEMENTIA
OPTIMI . PRINCIPIS . GLORIAE
NVMQVAM . INTERCESSISSET

1.

PIO . VIII
PONTIFICI . MAXIMO
PARENTALIA

QVISQVIS . TEMPLVM . INGREDERIS
SIVE . CIVIS . SIVE . HOSPES
MANIBVS . PIENTISSIMIS
SECVRITATEM . AETERNAM . ADPOSCITO
MENTE . PVRA

2.

PIO . VIII
SVPREMO . ECCLESIAE . VNIVERSAE . ANTISTITI
INGENITA . MORVM . SVAVITATE
VITAE . INNOCENTIA
ET . OMNIBVS . APOSTOLICIS . VIRTVTIBVS
COMMENDATISSIMO
QVI . PER . VARIOS . HONORVM . ET . MVNERVM . GRADVS
AD . PONTIFICALE . FASTIGIVM
CHRISTIANO . ORBE . PLAVDENTE
EVECTVS
RELIGIONI . TVENDAE . VINDICANDAE
MORIBVS . CORRIGENDIS
ECCLESIASTICAE . DISCIPLINAE.SARTAE.TECTAEQVE. PRAESTANDAE
VNICE . INTENTVS
VILLICATIONEM . SVAM . CAELESTI . PATRI . FAMILIAS . PROBAVIT
VIXIT . ANNOS . LXIX D X
SEDIT . IN . PETRI . SOLIO . M. XX
DIVTVRNO . CORPORIS . LANGVORE . DIVEXATVS
OBIIT . PRID. KAL. DECEMBRES . AN. MDCCCXXX
IN . PACE . ET . CHRISTO
PONTIFICI . OPTIMO
DE . CHRISTIANO . NOMINE . DEQVE . SE . BENE . MERENTISSIMO
ALOYSIVS . RVFFO
S. R. E. CARDINALIS . ARCHIEPISCOPVS . NEAP
MAGNIFICO . FVNERIS . APPARATV
PARENTALIORVM . IVSTA . PERSOLVIT

8.

PIVS . VIII
DIVINI . HVMANIQVE . IVRIS . CONSVLTISSIMVS
IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO
OMNIA . AD . GLORIAM . RETVLIT
NEQVE . GENERIS . CLARITATE . CVM . GENEROSIS
NEQVE . DIVITIIS . CVM . DIVITE
SED . PROBITATE . ATQVE . INDVSTRIA
CVM . PROBIORIBVS . SEMPER . CERTAVIT
ATQVE . IN . CVNCTIS . MVNERIBVS . ITA . SE . GESSIT
VT . NVMQVAM . NON . MAIORE . DIGNVS . VIDERETVR
ILLVD . APPRIME . DOCTVS
ALIA . OMNIA . BREVI . DILAPSVRA
EGREGIA . ANIMI . FACINORA
PER . MEMORES . FASTOS
AD . POSTEROS . ITVRA
MAXIMVM . VIRTVTIS . INCITAMENTVM . ET . LABORI

1

ALOYSIO . RVFFO
S. R. E. CARDINALI
ARCHIEPISCOPO . NEAPOLITANO
PARENTALIA

CVI . FAS . IVSQVE . TEMPLVM . ADIRE
MANIBVS . PIENTISSIMIS
SECVRITATEM . AETERNAM . ADPOSCITO
MENTE . PVRA

2.

ALOYSIO . RVFFO
EX . PRINCIPIBVS . SCYLLAE
NON . MAGIS . MAIORVM . TITVLIS . ET . IMAGINIBVS
QVAM . PRVDENTIA . MORVM . SVAVITATE . VITAE . INNOCENTI
ET . NON . FVCATO . RELIGIONIS . CVLTV
PRIORIBVS . ECCLESIAE . SECVLIS . INVIDENDO
QVI . FIDE . DEXTERITATE . SAPIENTIA
PONTIFICI . MAXIMO . ET . SVMMIS . PRINCIPIBVS . PROBATA
AD . ROMANAM . SENATORIAM . PVRPVRAM . EVECTVS
INDE . NEAP. ECCLESIAE . ARCHIEPISCOPVS . RENVNCIATVS
VILLICATIONEM . A . CAELESTI . PATREFAMILIAS . ACCEPTAM

OMNIBVS . NVMERIS . EXPLEVIT
VIXIT . ANNOS . LXXXII M. II D. XXII
OBIIT . XVI KAL. DECEMBRES . ANNO . R. S. MDCCCXXXII
IN . PACE
PASTORI . VIGILANTISSIMO . DEQVE . SE . OPTIME . MERITO
CATHEDRALIS . ECCLESIAE . CANONICI
IVSTA . EXEQVIARVM . OFFICIA . PERSOLVVNT
MORE . MAIORVM

3.

AVITAE . RELIGIONIS . TENACISSIMVS
ET . VERAE . VIRTVTIS . CVSTOS
ALOYSIVS . RVFFVS
IN . IPSIS . RERVM . HVMANARVM . CONVERSIONIBVS
ANIMI . FIRMITVDINEM
ET . SAPIENTIS . CONSTANTIAM
ADVERSVS . PRAEPOTENTIVM . BELLATORVM . MINAS
TENVIT . INCONCVSSAM
ET . IN . GALLICANA . PEREGRINATIONE
NEQVE . PERTVRBATVM . SE . VMQVAM . OSTENDIT
NEQVE . DE . GRADV . DEIECTVM
QVEM . IN . PATRIAM . POSTEA . REDEVNTEM
OPIMIS . VELVTI . SPOLIIS . ONVSTVM
SVSPEXERVNT . VNIVERSI
ET . DE . HOSTE . DEBELLATO . TRIVMPHANTEM

4.

SANCTAS . LEGES . APPRIME . DOCTVS
ALOYSIVS . RVFFVS
IN . PONTIFICIIS . LEGATIONIBVS . OBEVNDIS
TOTO . PECTORE . IN . ILLVD . SEMPER . INCVBVIT
NE . QVID . RELIGIONIS . SANCTITATI
ATQVE . ECCLESIASTICIS . RATIONIBVS . DETRIMENTI . INFERRETVR
VTQVE . REGALIA . IVRA
EX . DIVINI . LEGISLATORIS . PRAECEPTO
INVIOLATA . SERVARENTVR
QVO . SACERDOTII . ATQVE . IMPERII . CONCORDIA
FIRMA . STABILITATE . CONSISTERET

5.

IN . PASTORALIBVS . MVNIIS . EXERCENDIS
ALOYSIVS . RVFFVS

CVM . PAVCIS . COMPARANDVS
BENEFICENTIA . EMICVIT . SINGVLARI
ET . SENIS . CENTVSSIVM . MILLIBVS
PAVPERIBVS . IN . ABSCONDITO . IVVANDIS
IN . SINGVLOS . ANNOS . EROGATIS
SE . CHRISTI . PRAECEPTA
NON . AD . OSTENTATIONEM . EDOCTVM . DEMONSTRAVIT
SED . AD . VITAM . LAVDABILITER . AGENDAM

HEIC . EXPECTAT . BEATAM . RESVRRECTIONEM
ALOYSIVS . RVFFO . DE . CALABRIA
S. R. E. PRESBYTER . CARDINALIS . ARCHIEPISCOPVS
NEAPOLITANVS
RELIGIONIS . CVLTV . ET . CETERIS . PASTORALIBVS . VIRTVTIBVS
VNIVERSIS . COMMENDATISSIMVS
VIXIT . AN. LXXXII MEN. II DIES . XXII
OBIIT . XVI . KAL. DECEM. AN. R. S. MDCCCXXXII

QVEM . CHARITES . DOCTAEQVE . SINV . EXCEPERE . SORORES
CVI . PIETAS . ET . PRISCA . FIDES . MORESQVE . PVDICI
A . LATERE . ADSTITERVNT . SEMPER . QVI . SPREVIT . HONORES
VLTRO . DELATOS . VNA . VIRTVTE . BEATVS
QVEM . SINCERA . FIDES . ALVIT . MORESQVE . PVDICI
QVI . SAPIENS . DESPEXIT . OPES . DESPEXIT . HONORES
SANCTE . QVI . VIXIT . SOLA . VIRTVTE . BEATVS
GIGLIVS . HEV . IACET . HEIC . MANES . VENERARE . SEPVLTOS
QVISQVIS . ADES . FORTIQVE . VIRO . EXORARE . MEMENTO
NVMINE . AB . AETERNO . PACEM . SEDESQVE . BEATAS

1.

PRO . MARIA . CHRISTINA
VICTORII . EMMANVELIS . SARDINIAE . REGIS . FILIA
FERDINANDI . II VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
CONIVGE . INCOMPARABILI
SACRA . PIACVLARIA

ADESTE . CIVES
ADESTE . HOSPITES . PEREGRINI . ET . INCOLAE
ATQVE . ANIMAE . INNOCENTISSIMAE
SECVRITATEM . ADPOSCITE . AETERNAM
MENTE . PVRA

2.

MARIAE . CHRISTINAE
FERDINANDI . II CONIVGI . CARISSIMAE
MORVM . SVAVITATE . VITAE . INNOCENTIA
PROLIXA . IN . PAVPERES . LIBERALITATE
ATQVE . EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
CVM . PAVCIS · COMPARANDAE
VIXIT . ANNOS . XXIII M. II D. XVII
OBIIT . PRID. KAL. FEBRVARIAS . AN. MDCCCXXXVI
IN PACE
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO
HEROINAE . OMNIVM . SECVLORVM . PRAECONIIS . MEMORANDAE
PHILIPPVS . S. R E. CARDINALIS . IVDICE . CARACCIOLO
ARCHIEPISCOPVS . NEAPOLITANVS
IVSTA . PARENTALIORVM . OFFICIA
MAIORIBVS . HOSTIIS
PERSOLVIT

3.

IN . SVMMO . RERVM . HVMANARVM . CVLMINE
AVGVSTA . PRINCEPS . MARIA . CHRISTINA
CHRISTI . PRAECEPTIS . OBSECVTA
SIBI . PARCA . EGENTIBVS . LIBERALIS . MVNIFICA
CVM . ANNVA . XXXIII CENTVSSIVM . MILLIA
IN . PAVPERES . IN . ABSCONDITO . EFFVNDERET
SAEPIVS . INDOLVIT
PLENIOREM . SIBI . NON . FVISSE . ARCAM
VNDE . OMNIVM . LEVARET . INOPIAM
SED . EHEV . VNA . ATRA . DIES . OMNIA . VASTAVIT
AVGVSTA . PRINCEPS . MARIA . CHRISTINA
IMMITI . MORTE . RAPTA . EST
LVGETE . PAVPERES
VIRGINES . INGEMINATE . SVSPIRIA

MANVM . SVAM . APERVIT . INOPI

PROV. XXXI.

4.

CHRISTIANIS . VIRTVTIBVS . VNIVERSIS . INSTRVCTA
REGINA . AVGVSTA
IN . ARDVIS . AEQVE . AC . IN . BONIS . REBVS

PARI . SEMPER . FASTIGIO . STETIT
ATQVE . EXTREMO . INSANABILI . MORBO . CORREPTA
DOLORVM . ACERBITATE . PATIENTISSIME . TOLERATA
INSTANTEM . MORTEM . INTERRITA . DESPECTAVIT
ATQVE . EVCHARISTICA . VIATICA . COENA
CETERISQVE . SACROSANCTIS . ROBORATA . PRAESIDIIS
ADMIRANDA . ANIMI . TRANQVILLITATE
INTER . GEMITVS . ET . LAMENTATIONES . TOTIVS . CIVITATIS
IN . CAELVM . CVM . CHRISTO . REGNATVRA
EVOLAVIT

FORTITVDO . ET . DECOR . INDVMENTVM . EIVS
PROV. XXXI.

5.

AVE . ANIMA . INNOCENTISSIMA
NEAPOLITANI . ORBIS . ORNAMENTVM
NON . MAGIS . PROSAPIAE . VETVSTA . CLARITAS
NON . ILLVSTRES . AVORVM . TITVLI
NON . CLARISSIMVS . BORBONIAE . DOMVS . SPLENDOR
QVAM . RELIGIO . COMITAS . BENEFICENTIA
ET . INELVCTABILES . POPVLORVM . LACRYMAE
AVGVSTVM . MARIAE . CHRISTINAE . NOMEN
IMMORTALITATI . CONSECRARVNT

MVLIER . TIMENS . DEVM . IPSA . LAVDABITVR
PROV. XXXI.

1.

MARIAE . CHRISTINAE
VICTORII . EMMANVELIS . SARDINIAE . REGIS . FILIAE
FERDINANDI . II REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS
CONIVGI . INCOMPARATISSIMAE
PARENTALIA

QVIBVS . IVS . FASQVE . EST
TEMPLVM . CASTE . ADEVNTO
ET . MANIBVS . PIENTISSIMIS
BONAS . PRECES . PRECANTOR

2.

MARIAE . CHRISTINAE
FERDINANDI . II CONIVGI . AVGVSTAE
VIRTVTVM . OPVLENTIA . INTER . PRIMARIAS . HEROINAS
CONSPICVAE
VIXIT . ANNOS . XXIII MENSES . II DIES . XVII
AMANTISSIMO . REGI . ADSEDIT . AN. III M. II D. X
SINE . VLLA . QVERELA
DECESSIT . PRID. KAL. FEBR. AN. S. MDCCCXXXVI
GENTIBVS . SVBIECTIS . LVCTVI . ET . MOERORI . RELICTIS
ORDO . POPVLVSQVE . NEAPOLITANVS
VIRAGINI . DE . SE . BENE . MERENTISSIMAE
DE . QVA . NEMO . QVIDQVAM . DOLVIT . NISI . MORTEM . EIVS
ORNATISSIMA . TEMPORARII . TVMVLI . APPARATIONE
PIACVLARIA . SACRA
CVM . LACRYMIS . PERSOLVIT

ERIT . IN . PACE . LOCVS . EIVS

3.

SVB . OPTIMIS . PRAECEPTORIBVS
MAIORIBVS . SVIS
AVGVSTA . MARIA . CHRISTINA
ILLVD . POTISSIMVM . EDOCTA
MAXIMAM . FORTVNAM . MAXIMAM . ESSE . SERVITVTEM
ET . SVMMVM . AD . VIRTVTEM . INCITAMENTVM
IN . ID . TOTO . PECTORE . INCVBVIT
VT . SVBIECTARVM . GENTIVM . COMMODIS . ET . LEVAMENTO
INSERVIRET
OMNI . EXINDE . ANNVO . IN . EGENOS . EFFVSO
PLVRIMOS . SQVALORIS . ET . SORDIVM . ERIPVIT . EDACITATI
VTINAM . VIRTVS
PROPERAE . MORTIS . INCLEMENTIAM . MORARI . POTVISSET
AVGVSTVS . CONIVX . ET . SVBDITAE . GENTES
LACRYMIS . ET . DOLORI . SVPERSTITES
REGINAM . PVERPERIO . ADHVC . CVBANTEM
SIBI . ERIPI . NON . VIDISSENT

4.

SINGVLARIS . INTER . HEROINAS . EXEMPLI
MARIA . CHRISTINA
MAIESTATEM . ANIMO . MINOREM . REPVTANS

RERVM . HVMANARVM . CONTEMTV
ATQVE . ADMIRABILI . MORVM . SANCTITATE
SE . IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO
AD . PIETATEM . COMPARAVIT
ATQVE . INSTANTI . MORTE . NEQVIDQVAM . EXTERRITA
SALVTARIBVS . CATHOLICAE . RELIGIONIS . INSTRVCTA . PRAESIDIIS
INFANTVLVM . VIX . QVINDECIM . DIES . NATVM . OSCVLATA
AVGVSTO . CONIVGI . MOERORI . ET . LACRYMIS . RELICTO
ANIMIS . SCITO . ALLOQVIO . ADDITIS
CHRISTVM . COMPLEXA
IN . AETERNA . DEI . CONVOLAVIT . TABERNACVLA

5.

O . CIVES . CIVES
PROCVL . HINC . LVCTVS . PROCVL . LACRYMAE
AVGVSTA . PRINCEPS . CHRISTINA
NON . OMNIS . OCCVBVIT
QVOD . FRAGILE . ET . CADVCVM
SVB . TERRA . ABSCONDITVM
AT . SPIRITVM . DEVS . MATVRE . IN . CAELVM . REVOCAVIT
IPSIVS . NOMEN . ET . BENEFACTA
NVLLA . TEMPORIS . OBLITERABIT . VETVSTAS
NVLLA . DELEBIT . OBLIVIO

MARIAE . CHRISTINAE
FERDINANDI . II
REGNI . VTRIVSQVE . SICILIAE . REGIS . AVG.
CONIVGI . PIENTISSIMAE
PRVDENTIA . COMITATE . BENEFICENTIA
ET . REGIA . ANIMI . MAGNITVDINE
CVM . PRIMARIIS . EX . OMNI . VETVSTATE . HEROINIS
COMPARANDAE
VIRAGINI . DE . CVNCTIS . BENE . MERENTISSIMAE
FELIX . SANTANGELVS
REGIO . HVIC . PAVPERVM . HOSPITIO . PRAEFECTVS
QVA . MAXIMA . POTVIT . FVNERIS . APPARATIONE
SACRA . PIACVLARIA
PERSOLVIT
VIXIT . ANNOS . XXIII . M. II . D. XVII
IN . REGALI . SOLIO . CONSEDIT . AN. III . M. II . D. X
POPVLORVM . AMOR . ATQVE . ORNAMENTVM
DECESSIT . PRID. KAL. FEBR. AN. MDCCCXXXVI
IN . PACE . ET . CHRISTO

AVE . ANIMA . INNOCENTISSIMA
TVAE . GLORIAE . DOMICILIVM
NVLLIS . TERRARVM . FINIBVS . TERMINABITVR
NVLLA . TEMPORIS . RAPACITATE . ABSVMETVR
ITERVM . AVE . ATQVE . VALE

1.

MARIAE . IOANNAE . DORIA
TVRSI . DVCI
ABELLARVM . PRINCIPI
SACRA . PIACVLARIA

CVI . TEMPLVM . IVS . FASQVE . ADIRE
SEV . CIVIS . FVAT . SIVE . HOSPES
MANIBVS . PIENTISSIMIS
BONAS . PRECES . PRECATOR

2.

MARIAE . IOANNAE . DORIA
TVRSI . DVCI
ABELLARVM . BAIANI . ET . SVMMONTII . PRINCIPI
VTILI . TRISAIAE . CARAMOLAE . ET . BAIDIS . DOMINAE
HISPANIARVM . PRIMI . ORDINIS . MAGNATI
VIRAGINI . RARI . EXEMPLI
NON . MAGIS . MAIORVM . TITVLIS . ATQVE . IMAGINIBVS
QVAM . PRVDENTIA . MORVM . GRAVITATE . MODESTIA
ET . EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
SVPRA . SEXVM . COMMENDATISSIMAE
VIXIT . ANNOS . LXXXIX . D. XIII
DECESSIT . PRID. KAL. IAN. AN. R. S. MDCCCXXXII
IN . PACE
ASPREMVS . DORIA . TVRSI . DVX . ET . PALLIANI . PRINCEPS
IOANNES . CAROLVS . DORIA . DVX . EBVLI
EORVMQVE . GERMANI . FRATRES
ET . GERMANAE . SORORES
AVIAE . DE . SE . BENEMERENTISSIMAE
LVCTV . EXTERNATI
ORNATISSIMA . TVMVLI . APPARATIONE
PARENTATIONIS . IVSTA . PERSOLVVNT

3.

IN . MAGNA . FORTVNA
MAGNIS . AVCTA . HONORIBVS
MARIA . IOANNA . DORIA
ADVERSVS . SECVNDARVM . RERVM . VIM
VIRTVTEM . SERVAVIT . INCOLVMEM
ET . IN . ARDVIS . REBVS
TANTO . ANIMI . ROBORE . OBFIRMATA . STETIT
VT . BINIS . FILIABVS
TVRBATO . VELVTI . NATVRAE . ORDINE
IMMATVRA . MORTE . PRAEREPTIS
NEC . LACRYMIS . NEC . MVLIEBRIBVS . SVSPIRIIS
INDVLSERIT
AB . AETATE . PRIMA . ILLVD . EDOCTA
CERTOS . VITAE . TERMINOS . CVIQVE . PRAESCRIPTOS
QVOS . NVLLA . VIS . MOVERE . POTEST
NEMO . MORTALIVM . TRANSILIRE

4.

CHRISTIANIS . VIRTVTIBVS . INSTRVCTA . VNIVERSIS
QVAS . IN . FILIAS . SVAS
A . PRIMA . ADOLESCENTIA . INSTILLAVERAT
MARIA . IOANNA . DORIA
SINGVLARI . IN . PAVPERES . EMICVIT . LIBERALITATE
QVAE
EGENTISSIMORVM . PLVRIVM . EGESTATE
IN . ABSCONDITO . LEVATA
PVERIS . AD . ARTES . ADDISCENDAS
IN . PAEDOTROPHEA . DEDVCTIS
PVELLIS . PLERISQVE . OMNIBVS . ORPHANIS
DOTE . CONSTITVTA . NVPTVI . COLLOCATIS
SE . HOMINIBVS . AMICAM
EVANGELICA . CARITATE . NON . FICTA . DEMONSTRAVIT

Circa Tumulum

MVLIEREM . FORTEM . QVIS . INVENIET

MANVM . SVAM . APERVIT . INOPI . ET . PALMAS . SVAS
EXTENDIT . AD . PAVPEREM

FORTITVDO . ET . DECOR . INDVMENTVM . EIVS
PROV. XXXI.

1.

LAELIO . RIVERA
PATRICIO . ROMANO . ET . AQVILANO
EQVITI . HIEROSOLYMITANO
MAGNA . CRVCE . ORDINIS . FRANCISCI . I INSIGNITO
CVRSVS . PVBLICI . NEAPOLITANI . PRAEFECTO
PARENTALIA

CVI . TEMPLVM . IVS . EST . ET . FAS . ADIRE
SEV . CIVIS . SIVE . HOSPES
MANIBVS . PIENTISSIMIS
PACEM . ADPRECATOR

2.

LAELIO . RIVERA
VETERI . PROSAPIA . ET . AVORVM . TITVLIS . CLARISSIMO
ANIMI . MAGNITVDINE . MORVM . SVAVITATE . VITAE . INNOCENTIA
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
QVI . MAIORVM . GLORIA
VIRTVTIBVS . SVPERATA
AB . IIS . SEMPER . LAVDATVS
QVI . IPSI . IN . LAVDE . VIXERVNT
OBIIT . XII KAL. IANVARII . ANNO . R. S. MDCCCXXXV
IN . PACE
ANNOS . AETATIS . EMENSVS . . . M. . . . D
SOCERO . INCOMPARABILI . DEQVE . SE . BENEMERENTISSIMO
MARCHIO . IOANNES . DE . ANDREA
LVCTIBVS . EXTERNATVS
FVNEBRIVM . OFFICIORVM . OBSEQVIA
PERSOLVIT

3.

OPTIMIS . PRAECEPTORIBVS.. INSTITVTVS
MAIORIBVS . SVIS
LAELIVS . RIVERA
AB . AETATE . PRIMA . ILLVD . EDOCTVS
MORTALIA . OMNIA . BREVI . DILAPSVRA
VIRTVTIS . PRAEMIA . NVLLA . VETVSTATE . EXTINGVI . POSSE
OMNIA . SEMPER . AD . GLORIAM . RETVLIT
ET . IN . CVNCTIS . HONORVM . ET . MVNERVM . GRADIBVS
FIDE . CONSTANTIA . ANIMI . AEQVABILITATE
FERDINANDO . I
CVMVLATISSIME . PROBATA

DIGNVS . FVIT . HABITVS
QVI . CVRSVI . PVBLICO . REGVNDO
CVNCTIS . ORDINIBVS . PLAVDENTIBVS
PRAEFICERETVR

4.

AVITAE . RELIGIONIS . TENACISSIMVS
LAELIVS . RIVERA
EAM . IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO . IMPENSE . COLVIT
ET . MORIBVS . AD . ILLIVS . NORMAM . PLENISSIME . CONFORMATIS
PIETATE . ERGA . DEVM
CARITATE . ADVERSVS . HOMINES . NON . FICTA
SE . DE . GENERE . ELECTO . DE . GENTE . SANCTA
VERE . CHRISTIANVM . DEMONSTRAVIT
VT . IPSIVS . VITAE . RATIO
IMPROBIS . CENSVRAE
BONIS . EXEMPLO . FVERIT . AD . IMITANDVM

5.

CHRISTIANIS . VIRTVTIBVS . VNIVERSIS . ORNATVS
LAELIVS . RIVERA
BENEFICENTIAE . LAVDE . MAXIMOPERE . INCLARVIT
QVI . CHRISTI . PRAECEPTIS . OBSEQVVTVS
SINISTRA . EIVS . NESCIENTE . QVID . DEXTERA . FACERET
AD . EGENTIVM . EGESTATEM . LEVANDAM
VIDVAS . ET . PVPILLOS . OPE . ATQVE . OPERA . IVVANDOS
PVELLAS . PAVPERCVLAS . VEL . INTRA . CLAVSTRA . EDVCANDAS
VEL . DOTE . CONSTITVTA . IN . MATRIMONIO . IVNGENDAS
PRO . VIRILI . SEMPER . INCVBVIT
ET . IN . IPSIS . TESTAMENTI . TABVLIS
SE . FORTVNAE . MISERAE
IN . VITA . PERFVGIVM . FVISSE
SCRIPTO . LEGATO . APERTISSIME . DECLARAVIT

1.

PRO . LAELIA . DORIA
MARZANI . PRINCIPE
SACRA . PIACVLARIA

QVISQVIS . TEMPLVM . INGREDERIS
SEV . CIVIS . SIVE . HOSPES
MANIBVS . PIENTISSIMIS
AETERNAM . PACEM . ADPRECARE

2.

LAELIAE . DORIA
MARZANI . ET . LAVRI . PRINCIPI
NON . MAGIS . MAIORVM . IMAGINIBVS
QVAM . PRVDENTIA . MORVM . GRAVITATE . MODESTIA
ET . EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
SVPRA . SEXVM . SPECTATISSIMAE
QVAE
VIRO . FLORENTE . ADHVC . AETATE . AMISSO
VIDVITATI . AC . SOLITVDINI . RELICTA
CVM . DOMESTICIS . AERVMNIS . CONFLICTATA
VIRTVTEM . TENVIT . INCONCVSSAM
ET . DIVINIS . CONFORMATA . MONITIS
NEC . LACRYMIS . VMQVAM . INDVLSIT
NEC . MVLIEBRIA . DVXIT . SVSPIRIA
VIXIT . ANNOS . LXX . M. IV D. XI
OBIIT . IV . NONAS . DECEMBRES . AN. MDCCCXXXVII
IN . PACE

VIRAGINI . RARI . EXEMPLI
NN. LVCTV . EXTERNATI
PARENTATIONIS . IVSTA
PERSOLVVNT

FRANCISCO . PALMERIO
HVMANIORIBVS . LITTERIS
ATQVE . ELOQVENTIAE . LAVDE
SPECTATISSIMO
QVI
VIX . SACERDOTIO . INITIATVS
PAROECIALI . CENTVRANENSI . ECCLESIAE . PRAEFECTVS
IN . VINEAM . DOMINI . EXCOLENDAM
TOTO . PECTORE . INCVBVIT
ET . FIDE . PRVDENTIA . SEDVLITATE
AC . CARITATE . NON . FICTA
IN . EA . VILLICATIONE
CHRISTO . PATRI . FAMILIAS
PER . ANNOS . SEXAGINTA . COMPROBATA
OBIIT . ANNO . MDCCCXX

PATRVO . DESIDERATISSIMO
DEQVE . SE . OPTIME . MERITO
FRANCISCVS . PALMERIVS
H. M. P. C

HEIC . SACRI . CINERES . COTVNNI . ATQVE . OSSA . QVIESCVNT
QVISQVIS . ADES . TANTOS . MANES . VENERARE . SEPVLTOS
NEC . PIGEAT . PIA . VERBA . LOQVI . PACEMQVE . PRECARI

DVM . FLVET . VNDA . FVGAX . DVM . SOL . ATQVE.ASTRA.MICABVNT
NVLLO . SE . TANTVM . SIREN . IACTABIT . ALVMNO

ALEXANDRO . MANDARINIO
DOMO . MARATHEA
EQVITI . ORDINIS . CONSTANTINIANI . MAGNA . CRVCE . INSIGNITO
RELIGIONIS . CVLTV . MORVM . SVAVITATE
ANIMI . IN . REBVS . ADVERSIS . FIRMITVDINE
ET . PROLIXA . IN . PAVPERES . BENEFICENTIA
VNI . OMNIVM . COMMENDATISSIMO
QVI
IN . PRIMA . ADOLESCENTIA
GVBERNATORIS.NOMINE.IVRI DICVNDO.IN.PATRIA.SVA.PRAEFECTVS
SAEVIENTEM . ANNONNAE . CARITATEM
NVLLIS . PARCENS . SVMTIBVS . LEVAVIT
PRAESIDIS . VICE . IN . LVCANIA . AGENS
ET . MILITVM . TRIBVNVS . RENVNCIATVS
OPPIDVM . GALLORVM . OBSIDIONE
HONORIFICENTISSIMA . INITA . PACTIONE . LIBERAVIT
TVM . OBLATIS . HONORIBVS . RECVSATIS
ET . REBVS . SVIS . OMNIBVS . RELICTIS
IN . SICILIAM . REGEM . SVVM . SEQVVTVS
LONGO . DECENNALIS . EXILII . INTERVALLO
PEREGRINATIONIS . COMITES
ET . CONSILIO . ET . RE . IVVIT
POSTREMO . CALABRIAE . CITERIORIS . RECTOR . CREATVS
PROVINCIAM . VNIVERSAM.IN.SVI.AMOREM.VIRTVTIBVS.EXCITAVIT
VIXIT . ANNOS . P. M. LVIII
OBIIT . XI KAL. OCTOBRIS . AN. MDCCCXXI
IN . PACE
OMNIVM . LACRYMIS . ELATVS
SEPVLTVS . EST . IN . GENTILITIO . REQVIETORIO
IN . PAGO . S. LVCIDI

NE . TANTI.VIRI.MEMORIA SECVLIS DECVRRENTIBVS DILABERETVR
DECVRIONES.
A. M. P

TROIANO . MARVLLIO
ASCVLANENSIVM . APVLORVM . DVCI
NON . MAGIS . MAIORVM . IMAGINIBVS
QVAM . PRVDENTIA . COMITATE . ANIMI . MAGNITVDINE
COMMENDATISSIMO
QVI . IN . IPSA . IVVENTVTE
REGIIS . INTIMAE . ADMISSIONIS . CVBICVLARIIS . ADSCRIPTVS
REGIQVE . A . LATERE . ADIVTOR
TVM . NEAPOLITANI . EXERCITVS . LEGATVS
PRAETORIAEQVE . COHORTIS . INSPECTOR
ET . EQVITVM . SCVTATORVM . DOMVS . AVGVSTAE
MAGNVS . MAGISTER . RENVNCIATVS
PER . VARIOS . MVNERVM . ET . HONORVM . GRADVS
FIDEM . ANIMI . AEQVITATEM . CONSTANTIAM
ET . SVMMAM . IN . REBVS . AGENDIS . DEXTERITATEM
FERDINANDO . I VTRIVSQVE . SICILIAE . REGI . F. AVG
ATQVE . ORDINIBVS . VNIVERSIS
COMPROBAVIT
VIX. AN. . . . M. . . . D. . . .
OBIIT . . . AN. MDCCCXXIII
ELATVS . APPARATISSIMA . FVNERIS . POMPA
VIRO . INCOMPARABILI . PARENTI . OPTIMO . GERMANO . B. M
VXOR . FILII . FRATER . GERMANVS
MONVMENTVM . P. C

HIERONYMVS . NVZZOMAVRVS . V. I. D
N. N. EIVS . GERMANI . FRATRES
MORTALITATIS . MEMORES
HOC . E . MARMORE . SEPVLCRVM
SIBI . SVIS . ET . FAMILIAE . PEC. S
POSVERVNT
ANNO . MDCCCXXIX
VT . QVI . ADGNATIONIS . VINCVLO . OBSTRICTI
VITAM . IN . CARITATE . NON . FICTA . VIXERVNT
IN . COMMVNI . REQVIETORIO . VNA . PERPETVO . FORENT
IN . PACE

HEIC . IACET
COMES . SCIPIO . CIGALA
ALOYSII . DVCIS . CIMILIANI . AC . PRINCIPIS . TIRIOLI
ATQVE . TERESIAE . CAPYCIAE . EX . PRINCIPIBVS . CANVSII . FILIVS
QVI
VITAE . INTEGRITATE . PRVDENTIA . MORVM . SVAVITATE
ET . CARITATE . CHRISTIANA
CVM . PAVCIS . COMPARANDVS
VORACI . LATRONVM . FERRO . PEREMPTVS
OBIIT . XVII KAL. MAII . ANNO . R. S. MDCCCXXIX
VIXIT . ANNOS . XXV M. X. D. XXV
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . RELICTO
PARENTES . INFELICISSIMI
QVO . IN . MAXIMO . DOLORE . ALIQVANTVLVM . HABERENT . SOLATII
EFFOSSOS . INCOMPARABILIS . FILII . CINERES
IN . HOC . CONDITORIVM . TRANSFERRI . VOLVERVNT
VT . QVI . CONIVNCTI . ET . SINE . QVERELA . SEMPER . VIXERVNT
POST . FVNERA
CONIVNCTIM . QVIESCERENT . IN . SOMNO . PACIS

ALOYSIVS . CIGALA
DVX . CIMILIANI
TIRIOLI . ET . MARSICI . VETERIS . PRINCEPS
COMES . S. ROM. IMPERII
HVMANAE . MORTALITATIS . MEMOR
HOC . MONVMENTVM
SIBI . SVIS . ET . FAMILIAE . POSVIT
VBI . ADGNATI . OMNES
BEATAM . SPEM . EXPECTANTES
CONIVNCTIM . IN . PACE . QVIESCERENT
CASINENSES . COENOBITAE
SVB . TVTELA . SS. SOSSII . ET . SEVERINI
SACELLVM . ET . SEPVLCRI . LOCVM
DEDERVNT
ANNO . REP. SAL. MDCCCXXXIII

IOANNI . BAPTISTAE . BOLOGNESIO
IOANNIS . XAVERII . PATRITII . THEATINI . F
RELIGIONE . COMITATE . IVSTITIA
ET . PROLIXA . IN . PAVPERES . BENEFICENTIA

SPECTATISSIMO
QVI . DIVINI . HVMANIQVE . IVRIS . CONSVLTISSIMVS
THERMVLARVM . PRIMVM . ANTISTES . RENVNCIATVS
INDE . AD . ANDRIENSEM . TRANSLATVS . ECCLESIAM
FIDE . CONSTANTIA . PRVDENTIA
ET . ADMIRABILI . TAM . IN . ARDVIS . QVAM . IN . SECVNDIS . REBVS
ANIMI . AEQVABILITATE
OMNIBVS . CVMVLATISSIME . COMPROBATA
EVANGELICAE . VIRTVTIS . CVLTORIBVS . EXEMPLAR . SE . PRAEBVIT
AD . IMITANDVM
VIXIT . ANNOS . LXXXIV M. II D. IX
OBIIT . IDIBVS . SEPTEMBRIS . AN. MDCCCXXX
IN . PACE
VIRO . INCOMPARABILI
PATRVO . DE . SE . BENEMERENTISSIMO
XAVERIVS . ET . IOSEPH . BOLOGNESII
H. M. PP

FRANCISCO . XAVERIO . DE . LVCA
RELIGIONIS . CVLTV . VITAE . INTEGRITATE
ET . PROLIXA . IN . PAVPERES . BENEFICENTIA
COMMENDATISSIMO
VIXIT . ANNOS . LXXIX M. X D. IV
OBIIT . V KAL. IAN. AN. MDCCCXXXIII
IN . PACE
GERMANI . FRATRES
NICOLAVS . VINCENTIVS . ALOYSIVS . FRANCISCVS
PARENTI . BENEMERENTISSIMO
DE . QVO . NIHIL . DOLVERVNT . NISI . MORTEM
LVCTIBVS . EXTERNATI
H. M. P. C

FRANCISCO . XAVERIO . CARELLIO
DOMO . PICERNO
ANIMI . CANDORE . MORVM . SVAVITATE . VITAE . INNOCENTIA
ET . PROLIXA . IN . PAVPERES . LIBERALITATE
COMMENDATISSIMO
QVI . PER . VARIOS . HONORVM . ET . MVNERVM . GRADVS
IN . CRIMINALIVM . IVDICIORVM . CVRIAM
APVD . LVCANOS . COOPTATVS

FIDEM . CONSTANTIAM . AEQVANIMITATEM
CVNCTIS . ORDINIBVS . CVMVLATISSIME . COMPROBAVIT
MAGISTRATV . EXINDE . ABDICATO
FILIIS . EDVCANDIS . SE . TOTVM . IMPENDIT
OBIIT . XI KAL. SEXTILES . AN. MDCCCXXXIII
IOSEPHVS . GERMANVS . FRATER
ET . FILII . MOERORE . ABSVMTI
FRATRI . ET . PARENTI . INDVLGENTISSIMO
DEQVE . SE . OPTIME . MERITO
H. M. PP
AN. MDCCCXXXIII
QVO . IVXTA . MAIORES . SVOS
IN . PACE . QVIESCERET

MEMORIAE . AETERNAE
CAESARIS . MARICONDA
CIVITATIS . CATACII.
FIDE . MORVM . GRAVITATE . ANIMI . FORTITVDINE
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
CARITATE . VERO . IN . PROPINQVOS . NON . FICTA
SVPRA . OMNES . COMMENDATISSIMI
QVI . DEFVNCTO . FRANCISCO . ANTONIO . PETRITII . DVCE
LABANTEM.EIVS.FAMILIAM. VELVTI . IN . PATROCINIVM . ACCEPTAM
NVLLIS . PARCENS . LABORIBVS
ET . RE . ET.CONSILIO . IVVIT . FIRMAVIT
VIXIT . ANNOS . LXXIV M. VIII D. XII
OBIIT . MDCCCXXXIII
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . RELICTO
PETRVS . MARICONDA
PATRVO . DE . SE . SVISQVE . GERMANIS . FRATRIBVS . B. M
NE . SINGVLARIS . BENEFICENTIAE . MEMORIA
SECVLIS . DECVRRENTIBVS . DILABERETVR
SVPRA . NATORVM . SVORVM . SEPVLCRVM
LAPIDEM . GRATI . ANIMI . TESTEM
P. C
ANNO . R. S. MDCCCXXXIV

PAVLLO . BARRIONOVIO
CIVILIS . IVRIS . CONSVLTISSIMO
RELIGIONIS . CVLTV . MORVM . SANCTITATE

ET . EFFVSA . IN . PAVPERES . BENEFICENTIA
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
QVI
PER . VARIOS . HONORVM . GRADVS
FIDE . IVSTITIA . ABSTINENTIA
ET . SVMMA . IN . REBVS . AGENDIS . DEXTERITATE
NOMEN . IMMORTALITATI . CONSECRAVIT
VIXIT . ANNOS . P. M. LXX
OBIIT . XI KAL. NOVEMBRES . AN. R. S. MDCCCXXV
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . RELICTO
PARENTI . OPTIMO
DEQVE . SE . BENEMERENTISSIMO
PETRVS . BARRIONOVIVS
FILIORVM . NATV . MAIOR
TITVLVM . AMORIS . ET . GRATI . ANIMI . TESTEM
P . C

IANVARIO . PETRACCAE . PHILIPPI . F
ORATORI . DISERTISSIMO
THEOLOGO . PRIMARIO
VIRO . INCOMPARABILI
QVI
AB . AETATE . PRIMA
MORIBVS . AD . RELIGIONIS . NORMAM . COMPOSITIS
MORVM . SVAVITATE . VITAE . INNOCENTIA
ET . PROLIXA . IN . PAVPERES . LIBERALITATE
COMMENDATISSIMVS
IN . TOTO . VITAE . CVRRICVLO
DE . VNA . VIRTVTE
CVM . BONIS . SEMPER . CERTAVIT
VIXIT . ANNOS . XLVIII MENSES . IV DIES . XXVI
OBIIT . III IDVS . MARTII . ANNO . R. S. MDCCCXXXV
IN . PACE
PATRVO . DE . SE . BENEMERENTISSIMO
N . N
CVM . LACRYMIS . P

ANTONIO . CANOFARO
PVBLICI . PRIVATIQVE . IVRIS . CONSVLTISSIMO
NON . MAGIS . VITAE . INTEGRITATE

FIDE . MORVM . SVAVITATE . CONSTANTIA
QVAM . EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
COMMENDATISSIMO
QVI . IVDICIARIIS . MVNERIBVS
PER . PLVRES . ANNOS . LAVDABILITER . EXPLETIS . ET . ABDICATIS
RELIQVVM . VITAE
CHRISTIANIS . VIRTVTIBVS . VNIVERSIS
SINE . FVCO . ET . FALLACIIS . MANCIPATVS
TANDEM . MORBI . ACERBITATE
MORTISQVE . INSTANTIS . METV
MAGNA . ANIMI . TRANQVILLITATE . DEVICTIS
CVPIENS . DISSOLVI . ET . ESSE . CVM . CHRISTO
OBIIT . XVII KAL. SEPTEMBRES . AN. MDCCCXXVI
AETATIS . SVAE . LVIII
ALOYSIVS . ABBAS . S. QVIRICI
NICOLAVS . M. CVRIAE . CIVILIS . APRVTINAE . PRAESES
FRANCISCVS . IN : XXIV--VIRVM . CONCILIO
DE . SVMMIS . REGNI . REBVS . CONSVLTOR
GERMANO . FRATRI . DESIDERATISSIMO
DE . QVO . NIHIL . VMQVAM . DOLVERVNT . NISI . MORTEM . EIVS
P . C

HEIC . QVIESCIT . IN . PACE
HENRICVS . CAPYCIVS . MINVTVLVS
EX . CANVSII . PRINCIPIBVS
HVIVS . MILETENSIS . ECCLESIAE . EPISCOPVS
FIDE . COMITATE . CONSTANTIA
ET . EFFVSA . IN . PAVPERES . LIBERALITATE
OMNES . RETRO . ANTISTITES . SVPERGRESSVS
QVI
DIVINI . MAGISTRI . PRAECEPTA . NON . AD . OSTENTATIONEM . EDOCTVS
SED . AD . VITAM . LAVDABILITER . AGENDAM
ECCLESIA . CATHEDRALI
ET . EPISCOPALI . DOMO . INSTRVCTIS . ORNATIS
CLERICORVM . SEMINARIO . MAGNIS . AVCTIBVS . AMPLIFICATO
VETERI . NOSOCOMIO . AEGROTIS . RESTITVTO
OBIIT . PRID. NONAS . MAIAS . AN. MDCCCXXIV
AETATIS . SVAE . P. M. LXXXI
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO

IOSEPH . SERRA
DVX . CASSANENSIVM
MORTALITATIS . MEMOR
HOC . SEPVLCRVM
SIBI . SVIS . VXORI . B. M
ATQVE . AGNATIS
FECIT
ANNO . SALVTIS . MDCCCXXXVI
VT . QVI . VITAM . IVNCTIM . VIXERVNT
IVNCTIM . POST . MORTEM . QVIESCERENT
IN . PACE

QVI . LEGIS
ANIMABVS . DORMIENTIVM
BONAS . PRECES . PRECARE

PHILIPPVS . ET . DOMINICVS . TESSITORE . GERMANI . FRATRES
MORTALITATIS . MEMORES
HOC . SEPVLCRVM
SIBI . SVIS . POSTERISQVE . EORVM . PARAVERVNT
ANNO . MDCCCXXXVI
VT . QVI . VNO . GENTILITIO . NOMINE . CONSOCIATI . VIXERVNT
VNA . SIMVL . POST . MORTEM . QVIESCERENT
IN . SOMNO . PACIS

HEIC . QVIESCIT . IN . PACE
MARIA . ATTENSIA
THOMAE . NOBILIS . HISPANI . FILIA
RELIGIONIS . CVLTV . ET . MORVM . SVAVITATE
COMMENDATISSIMA
QVAE . IO. BAPTISTAM . NICOLINIVM . VIRVM . SVVM
IVDICEM . IN . CIVILI . TRIBVNALI . APVD . LVCANOS . SEQVVTA
VORACI . CHOLERAE . MORBO . POTENTIAE . CORREPTA
INDE . ABORTIVAM . QVINQVEMESTREM . PVELLAM . ENIXA
PARTVS . DOLORIBVS . ET . MORBI . ACERBITATE
PATIENTISSIME . TOLERATIS
OBIIT . V IDVS . SEXTILES . AN. MDCCCXXXVII
SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . RELICTO
ELATA . CVNCTIS . CIVITATIS . ORDINIBVS

MAGNA . POPVLI . FREQVENTIA
SEPVLTA . FVIT
IN . COMMVNI . POTENTINORVM . SVBVRBANO . COEMETERIO

DOMINICO . CASSINIO
DOMO . MOLITERNO . APVD . LVCANOS
NON . MAIORVM . TITVLIS . ATQVE . IMAGINIBVS
SED . VIRTVTVM . OPVLENTIA . SPECTATISSIMO
QVI . AB . AETATE . PRIMA . ILLVD . POTISSIMVM . EDOCTVS
INDECORVM . VIRO . INGENVO . AC . TVRPE . ESSE
VITAM . PER . INCVLTVM . ATQVE . IGNAVIAM . DVCERE
CONTINVO . HVMANIORVM . LITTERARVM
AC . PHILOSOPHIAE . STADIVM . EMENSVS
AD . PVBLICI . PRIVATIQVE . IVRIS . SCIENTIAM
TOTO . PECTORE . INCVBVIT
VT . IN . CAVSARVM . PATROCINIIS . ET . RESPONDENDO . IVRE
INTER . PRINCIPES . IVRISCONSVLTOS
IN . IPSA . IVVENTVTE . CONSEDERIT
RELIGIONIS . VERO . CVLTV . MORVM . SVAVITATE
ET . CARITATE . NON . FICTA
OMNIBVS . COMMVNIS . FACTVS
NVLLIVS . INOPIA . AC . SOLITVDINE
DOMO . ET . CVBICVLO . SVO . EXCLVSA
BONORVM . OMNIVM . AMICITIA . FLORVIT
CVM . QVIBVS . DE . VNA . VIRTVTE . SEMPER . CERTAVIT
VIXIT . ANNOS . LVIII . M. X. D. IX
DECESSIT . PRID. IDVS . IVNIAS . ANNO . MDCCCXXXVII
TRVCVLENTO . CHOLERAE . FVLMINE . PERCVLSVS
VIRO . INCOMPARABILI
PATRVO . DE . SE . BENEMERENTISSIMO
ANTONIVS CASSINIVS
MEMOREM . HVNC . LAPIDEM
P. C
AETERNVM . MOERORIS . SVI . ET . GRATI . ANIMI . TESTEM

TV . QVI . HAEC . LEGIS
SEV . CIVIS . SIVE . HOSPES
ANIMAE . INNOCENTISSIMAE
BONAS . PRECES . PRECARE

HEHEV . QVAM . CELERI . PEDE . BONA . FVGIVNT . MORTALIVM
QVI . NVPER . INTER . RERVM . CAPITALIVM . QVAESITORES
QVA . PRAESES . QVA . REGIS . PROCVRATOR . ADSEDIT
QVI . IN . SVPREMO . SENATV . IVSTITIAE . CONSILIARIVS
IVSTI . ET . AEQVI . SERVANTISSIMVS
A . LAVDATIS . VIRIS . SEMPER . LAVDATVS . INCLARVIT
DOMINICVS . MONACVS
INTERCISO . GLORIAE . CVRSV
IMMITI . MORTE . E . VIVIS . RAPTVS . EST
SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . ORDINES . RELICTO
HEHEV . QVAM . CELERI . PEDE . BONA . FVGIVNT . MORTALIVM
VIXIT . ANNOS . LI M. II D. X
OBIIT . PRID. IDVS . FEBRVARII . AN. MDCCCXXXVII

QVISQVIS . HAS . AEDES . INGREDERIS
ANIMAE . INCOMPARABILI
BONAS . PRECES . PRECARE

IVLIAE . RIARIAE . SFORTIAE
COLLIS . PRINCIPI
CLEMENTINAE . AVSTRIACAE
SALERNI . PRINCIPIS . CELSISSIMAE
HONORIS . COMITI
NON . MAGIS . MAIORVM . IMAGINIBVS
QVAM . MORVM . GRAVITATE . PRVDENTIA
ET . EXIMIO . RELIGIONIS . CVLTV
CVM . PRIMIS . COMPARANDAE
VIXIT . ANNOS . LXVI M. II D. III
DECESSIT . PRID. NON. IVN. AN. MDCCCXXXVII
IANVARIVS . NICOLAVS . ET . MARIA . DE . SVMMA
FILII . INFELICISSIMI
OSSIBVS . EX . COEMETERIO
PROPE . ECCLESIAM . S. MARIAE . DE . PLANCTV
VBI . EX . LEGE . DE . ASIATICO . CHOLERAE . MORBO
PEREMTIS . LATA . IACEBANT
IN . HOC . FAMILIARE . CONDITORIVM . TRANSLATIS
PARENTI . DE . SE . BENEMERENTISSIMAE
LAPIDEM . AETERNVM . MOERORIS . TESTEM
P . C
ANNO . S . R . MDCCCXXXVII.

MARIAE . IOSEPHAE . CARACCIOLO
EX . MARCHIONIBVS . CAPRILIAE
MORVM . SANCTITATE
RELIGIONIS . CVLTV
ET . PRVDENTIA . IN . LIBERIS . EDVCANDIS . SINGVLARI
SVPRA . SEXVM . COMMENDATISSIMAE
VIXIT . ANNOS . LXX M. IV D. XII
OBIIT . IV KAL. MARTII . AN. MDCCCXXXVIII
INSANABILIS . MORBI . ACERBITATE
PER . PLVRES . ANNOS . PATIENTISSIME . TOLERATA
VXORI . INCOMPARABILI
DE . SE . DEQVE . FAMILIA . VNIVERSA
QVACVM . FAMILIARISSIME . SEMPER . VIXIT
BENEMERENTISSIMAE
CAROLVS . ANTONIVS . DE . ROSA . MARCHIO . VILLAEROSAE
MEMOREM . HVNC . LAPIDEM
P . C
AETERNVM . MOERORIS . SVI . ET . GRATI . ANIMI
MONVMENTVM

QVI . LEGIS . ANIMAE . INNOCENTISSIMAE
BONAS . PRECES . PRECARE

HEIC . IACET
IOANNES . CAMILLVS . ROSSI
DOMO . ABELLINO
DIVINI . HVMANIQVE . IVRIS . CONSVLTISSIMVS
QVI . MARSORVM . PRIMVM . EPISCOPVS . RENVNCIATVS
INDE . AD . SEVERITANAM . ECCLESIAM . TRANSLATVS
IISQVE . RITE . DIMISSIS
INTER . REGNI . CONSILIARIOS . ADSCITVS
FIDE . SAPIENTIA . HVMANITATE
ET . CARITATE . ADVERSVS . OMNES . NON . FICTA
SECVNDVM . CHRISTI . PRAECEPTA
SE . VERVM . PASTOREM . POPVLORVM . COMMONSTRAVIT
OBIIT . POSTRIDIE . IDVS . IVLIAS . MDCCCXXXVII
INSANABILI . CHOLERAE . MORBO . CORREPTVS
QVI . LEGIS
ANIMAE . INNOCENTISSIMAE . BONAS . PRECES . PRECARE

HEIC . QVIESCIT . IN . PACE
MARCHIO . NICOLAVS . INTONTI . IOSEPHI . F
EQVES . MAGNAE . CRVCIS . EX . ORDINE . FRANCISCI . I
INSIGNIQVE . ORDINIS . S. IANVARII . TORQVE . CONSPICVVS
PVBLICI . PRIVATIQVE . IVRIS . LONGE . PERITISSIMVS
NON . MAGIS . VETERI . PROSAPIAE . CLARITATE
QVAM . INGENII . FVLGORE
ET . SPLENDIDISSIMIS . ANIMI . ORNAMENTIS
SPECTATISSIMVS
QVI . IVDICIARIIS . MVNERIBVS . LAVDABILITER . EXPLETIS
PRAEPOSITVS . PROVINCIAE . REGENDAE
INDE . IN . MORIBVS . CENSORIA . GRAVITATE . CORRIGENDIS
EX . PRAEFECTO . DIRECTOR
ET . TRIBVS . BORBONIIS . REGIBVS . A . SECRETIS
IN . MAXIMA . POTESTATE . POSITVS
VIXIT . ANNOS . LVII M. IV D. XIII
OBIIT . VIII IDVS . MAII . MDCCCXXXIX
CAMILLA . MERENDA . VXOR . INCOMPARABILIS
MEMOREM . HVNC . LAPIDEM
P . C
AETERNVM . MOERORIS . SVI . MONVMENTVM

D . O . M
RAPHAELI . DE . ROBIO . IOANNIS . FILIO
CIVILIS . IVRIS . CONSVLTISSIMO
RELIGIONIS . CVLTV . MORVM . SANCTITATE
ET . EFFVSA . IN . PAVPERES . BENEFICENTIA
CVM . PAVCIS . COMPARANDO
QVI
PER . PLVRA . PATRIAE . SVAE . MVNERA
FIDE . IVSTITIA . ABSTINENTIA
ET . SVMMA . IN . REBVS . AGENDIS . DEXTERITATE
NOMEN . IMMORTALITATI . CONSECRAVIT
VIXIT . ANNOS . LXXI
OBIIT . IV KAL . SEPTEMBRIS . AN. R. S. MDCCCXXXIX
INGENTI . SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . RELICTO
PARENTI . OPTIMO
DEQVE . SE . BENEMERENTISSIMO
PETRVS . NEPOS . ET . MARIA . MICHAEL . FILIA
TITVLVM . AMORIS . ET . GRATI . ANIMI . TESTEM
P . C

ELISABETH . VERTECHI
CAROLI . ET . BARONIS . ANGELAE . FERRARI CIVITATE . FILIA
VERO . NON . FVCATO . RELIGIONIS . CVLTV
MORVM . SVAVITATE
PROLIXA . IN . PAVPERES . BENEFICENTIA
ET . PRVDENTIA . IN . SVIS . LIBERIS . EDVCANDIS . SINGVLARI
SPECTATISSIMA
VIXIT . ANNOS . XXXVI M. IV D. XXI
INSANABILIS . MORBI . ACERBITATE
PER . PLVRES . MENSES . PATIENTISSIME . TOLERATA
OBIIT . XII KALENDAS . APRILIS . MDCCCXL
SVI . DESIDERIO . APVD . OMNES . RELICTO
VXORI . INCOMPARABILI . DEQVE . SE . BENEMERENTISSIMAE
FEDERICVS . TORTORA . DE-MONACHA
HVNC . SEPVLCRI . LOCVM . PLENO . DOMINIO . ACCEPTVM
AB . EQVITE . VALENTINO . GVALTIERI . PROVINCIAE . PRAESIDE
VBI . ADGNATI . OMNES
BEATAM . SPEM . EXPECTANTES
CONIVNCTIM . IN . PACE . QVIESCERENT
CVM . LACRYMIS . LAPIDEM . PONI . CVRAVIT
AETERNVM . MOERORIS . SVI . MONVMENTVM

QVI . LEGIS
ANIMAE . INCOMPARABILI
BONAS . PRECES . PRECARE

In obitu Iosephi Poli

QVI . POTVIT . RERVM . OCCVLTAS . PERQVIRERE . CAVSAS
STELLARVMQVE . ORTVS . NOSCERE . ET . INTERITVS
CVR . SALSI . FLVCTVS . CVR . AESTVET . IGNE . VESEVVS
ET . CVR . OBSCVRIS . LVNA . LABORET . EQVIS
VTQVE . RVANT . TVMIDIS . EFFVSI . NVBIBVS . IGNES
PERCVRRANTQVE . SVAS . TEMPORA . QVAEQVE . VICES
QVID . VIRTVS . HOMINI . VEL . QVID . SAPIENTIA . PRAESTET
QVAE . STAGIRITAE . DOGMATA . VERA . SENIS
ILLE . SVA . POLVS . FORTVNA . FORTIOR . IPSA
OCCIDIT . AVSONII . GLORIA . RARA . SOLI
PROH . DOLOR . EXTEMPLO . PHOEBVS . RESONANTIA . PLECTRA
DICITVR . ARGVTAE . ET . FILA . SCIDISSE . LYRAE
ET . MVSAS . INTER . GEMITVS . MOESTASQVE . QVERELAS
CASTALIOS . FONTES . DESERVISSE . FERVNT

AH . VALEANT . DIRAE . FATALIA . NVMINA . PARCAE
STAMINA . QVEIS . PLACVIT . RVMPERE . LONGA . COLO
AH . MORS . DVRA . SILEX . NOSTRIS . ATQVE . INVIDA . REBVS
QVAE . CVNCTA . IMMITIS . SVB . TVA . IVRA . TRAHIS
ECQVID . IN . INSONTEM . DENTES . ACVISSE . CRVENTOS
IVVIT . ET . EGREGIVM . DILANIASSE . CAPVT
NONNE . FVIT . SATIVS . SCELERATAM . PERDERE . GENTEM
VNDIQVE . FERALI . ET . STERNERE . FALCE . NEFAS ?
SED . SIC . IN . FATIS . AETERNA . ITA . IVRA . FEREBANT
ECQVIS . FATORVM . VIM . SVPERARE . QVEAT ?
HEROAS . MAGNOS . FATIS . VRGENTIBVS . VRBES
ET . REGNA . ATQVE . DVCES . ABSTVLIT . ATRA . DIES
SED . PROCVL . HINC . LVCTVS . MISERAE . PROCVL . ESTE . QVERELAE
LETHAEIS . POLVS . NON . COHIBETVR . AQVIS
QVOD . MORTALE . FVIT . TERRA . INVIOLATA . RECEPIT
ILLIVS . AT . MELIOR . PARS . SVPER . ASTRA . MICAT
QVIN . MAGE . FVNEREI . TVMVLO . REDDANTVR . HONORES
ET . SPARGAT . PLENA . LILIA . QVISQVE . MANV
EXIN . SVBLIMIS . SOLIDOQVE . ADAMANTE . COLVMNA
PRAEFERAT . INSCVLPTIS . TALIA . VERBA . NOTIS
HIC . SITVS . EST . POLVS . CVI . VIVET . GLORIA . DONEC
BORBONIDVM . NOMEN . STABIT . ET . IMPERIVM

INDICE

Per la coronazione della SS. Vergine Immacolata nella Chiesa del SS. Salvatore. Iscrizioni 4 . . . . pag. 1 e 2
Nel recarsi alla cattedrale il Re Francesco I. dopo il suo avvenimento al trono, 3. 3
Nel visitare il Re Francesco I. il tesoro di S. Gennaro, 1. 4
Per la ristorazione di una cappella in Castellamare, 1 . ivi
Per riparazioni fatte alla Chiesa di Monteoliveto dall'arciconfraternita di S. Anna de' Lombardi, 1. 5
Nel ritorno del Re Francesco I. da Milano, 1 . . . ivi
Pel giubileo adempinto in Roma dalle LL. Maestà Francesco I. e Maria Isabella, 1. 6
Per la visita fatta da tutta la Famiglia Reale alla Chiesa di S. Gabriele Arcangelo, 1. ivi
Per la cappella de' signori Moschini nella Chiesa di Monteoliveto, 1 7
Per un gabinetto dell' episcopio di Castellamare, 1 . . ivi
Per una cappella della Chiesa de' Gerolomini, 1. . . ivi
Nel recarsi alla Cattedrale le LL. Maestà Francesco I. e Maria Isabella dal ritorno di Spagna, 2 8
Item alla Chiesa del SS. Salvatore al Gesù Vecchio, 1 . ivi
Item alla cappella di S. Gennaro, 1 9
Per la Festa di S. Giacomo della Marca a S. Maria la Nuova, 4 . . . . 9 e 10
Per la cappella di S. Gaetano nella Cattedrale di Castellamare, 1 11

Per la cappella di S. Biagio *ibidem*, 1 11
Per il luogo di sepoltura dato alla famiglia del commendator Capone dai cenobiti di S. Teresa a Chiaja, 1 . . . 12
Nel visitare le LL. Maestà Francesco I. e Maria Isabella la Cattedrale di Castellamare il dì dell'Assunzione di Maria SS., 1 ivi
Nel recarsi alla Cattedrale il Re Ferdinando II. dopo il suo avvenimento al Trono, 1 13
Per il dono di una pisside fatto dal Re Ferdinando II. al Tesoro di S. Gennaro, 1 14
Acclamazioni al Re Ferdinando II., 3 . . . . 14 e 15
Per il ritorno del Re Ferdinando II. dalla Sicilia, 3 . . 15 e 16
Nel recarsi alla Cattedrale il Re Ferdinando II. con la Regina Maria Cristina sua sposa, 2 ivi
Per la inaugurazione della statua di argento di S. Luigi Gonzaga dichiarato Patrono, 2 17
Nel visitare il Re Ferdinando II. la cappella di S. Gennaro, 1 18
Nel giorno natalizio del Re Ferdinando II., 1 . . . . 18 e 19
Per la cappella di Pier-Luigi Moschini, 1 ivi
Nel recarsi alla Cattedrale il Re Ferdinando II. con la Regina Maria Teresa d'Austria sua seconda consorte, 3. 19 e 20
Per l'accademia de' Teandrofili sotto il patrocinio del nome di Gesù, 3 . . . . 21 e 22
Per la Cattedrale di Castellamare, 1 ivi
Per la Chiesa di S. Lorenzo, 1 23
Per ristauri fatti alla Cattedrale di Cosenza dall'arcivescovo Narni Mancinelli, 3 . . . . 23 e 24
Per l'oratorio della compagnia di S. Alfonso, stabilita nella Chiesa della Redenzione de' Cattivi, 1 ivi
Per la cappella gentilizia del cav. Piscicelli, 1 25
Per la Chiesa Parrocchiale di Secondigliano, 1 ivi
Per la Chiesa di S. Giovanni di Dio in Castellamare, 1 . . 26
Pel cimitero della confraternita di S. Monica, 1 ivi

Per la cappella de' signori Caruso nella Chiesa di Monteoliveto, 1 27
Per la cappella de' signori Lella e Giura, 1. ivi
Per la facciata della Chiesa della SS. Concezione in Castellamare rifatta da Antonio Spagnoli, 1 28
Per l'arciconfraternita de' Cocchieri, 1 ivi
Per la cappella di S. Antonio rifatta da Giuseppe Giannelli, 1. ivi
Per l'arciconfraternita de' Sette Dolori traslocata nella Chiesa della Madonna delle Grazie, 2 29
Per la rifazione della Cattedrale di Napoli dal Cardinale Giudice Caracciolo Arcivescovo, 1 30
Per la Cappella de' Signori Pasca, 1 ivi
Per le rifazioni della Chiesa della Sanità, 1. 31
Per la scala del Succorpo nella Chiesa di Chieti rifatta da Monsignor Cernelli, 1. ivi
Per la dedicazione della Basilica di S. Francesco di Paola innanzi il Palazzo Reale, 1. ivi
Nella base della statua di Ferdinando I. al Pizzo, 1 . 32
Per l'edificio delle Reali Finanze a S. Giacomo, e per le statue ivi collocate di Ruggiero, Federico II. Ferdinando I. e Francesco I., 5 . . . . 33 34 35 e 36
Per la statua di Flavio Gioja eretta dal Re Francesco I. nella sala della Borsa in S. Giacomo, 1. . . . . . 36 e 37
Per la elezione di Pio VIII. a Sommo Pontefice, 1. . 37
Per la consecrazione della campana nella Chiesa di Castellamare, 1 ivi
Per la strada di Venafro ristaurata dal Re Ferdinando I., 1 38
Pel Toro Farnese trasportato dalla Villa Reale nel Real Museo, 1 ivi
Dedica del dritto canonico dell'autore al cardinal Ruffo Arcivescovo di Napoli, 1. . . . . 38 e 39
Per la fabbrica della nuova gran Dogana di mare in Napoli, 1 ivi

Nel passaggio del Re Ferdinando II. per Bari, 1 . . . 40
Per il soggiorno del Re Ferdinando II. in casa del Marchese Luigi Gagliardi a Monteleone, 1. ivi
Per il ristauro dell' Emissario Claudio, e scolo al lago Fucino, 1 41
Per l' acqua portata nel Comune di Pietransiero a spese del signor Niccola Jaselli, 1 . . . . 41 e 42
Pel ponte di ferro costrutto sul Garigliano, 1 ivi
Per le ristaurazioni fatte al ponte su la strada di Chiaja, 1 ivi
Per la breve dimora del Re Ferdinando II nel Comune di....in Casa di.... 1 43
Per la inaugurazione della fontana d' Isernia alla presenza del Re Ferdinando II., 1 ivi
Per la inaugurazione dell' orto agrario della Società Economica di....nell' anno 1853, 1 44
Per la dimora del Re Ferdinando II. in Casa de' signori Franchi 1 ivi
Per la dimora del Re Ferdinando II. in casa del signor de Leonardis 1 45
Per la strada e casino fatto dal Principe d' Angri a Posilipo, 1 ivi
Per aver pranzato il Re Ferdinando II. nel ritorno da Calabria in casa del Signor Pasquale Pucci, 1 46
Per il fanale pe' naviganti posto in Castellamare, 1 . . ivi
Per l' orologio solare messo in Castellamare da Monsignor Colangelo, 1. ivi
Per la statua di Ferdinando II. che dovea collocarsi nel tondo di Capodimonte, 1 47
Per la scala e giardino laterale fatto sopra il tondo di Capodimonte, 3 48
Per la rifazione dell' episcopio e della parrocchia, e per la formazione del seminario di Castellamare per opera di Monsignor Colangelo, 3 . . . . 48 e 49
Pel ponte Cristino sul Calore, 1 ivi

Per la strada di Popoli, 1 50
Per la strada da Castellamare a Sorrento, 1 ivi
Per la dedica dell' apologia della religione Cristiana di Monsignor Colangelo al Sommo Pontefice Gregorio XVI, 1. 51
Per la casina del commendatore Spinelli, rifugio a lui ed ai suoi nella invasione del Colera-Morbo, 1 . . . ivi
Al Re Ferdinando II. per la utilità delle sue opere pubbliche, 1 52
Per la strada e ponte del Piliero, 1 ivi
Per li funerali del marchese Danza, 5 . . . . . 53 e 54
Per li funerali del marchese Fuscaldo, 5. . . . . 54 e 55
Per li funerali del conte dell' Acerra, 5 . . . . 55 56 e 57
Per li funerali del signor Paolo Maria Petrino, 1 . . . 57
Per li funerali di S. A. R. Maria Clementina d'Austria Principessa Ereditaria del Regno delle due Sicilie, 10. 58 e 59
Per li funerali e sul sepolcro del Cardinale Zurlo Arcivescovo di Napoli, 6 . . . . 59 60 e 61
Sul sepolcro del Principe del Colle, 1 41
Sul sepolcro di Monsignor Capece Minutolo Vescovo di Mileto, 1 62
Per li funerali di Luigi XVIII. Re di Francia, 5 . 62 63 e 64
Per li funerali del Re Ferdinando I. nella Cattedrale, 10 . . . . 64 65 e 66
Per detti funerali nel Tesoro di S. Gennaro. La segnata n. 2 riguarda il Re Carlo III. istitutore del Real Ordine di S. Gennaro, 6. . . . . 66 67 e 68
Per detti funerali nella Chiesa de' Pellegrini, 5 . . . 68 e 69
Per detti funerali nella Chiesa del SS. Salvatore al Gesù Vecchio dai professori della Regia Università degli Studj, 1 70
Per li Funerali del Pontefice Pio VII. nella Cattedrale, 9 . . . . 70 71 e 72
Per li funerali del Pontefice Pio VII. nella Chiesa del SS. Salvatore al Gesù Vecchio, 5 . . . . 72 e 73

Per li funerali del Pontefice Leone XII. nella Cattedrale, 3 . . . . 73 e 74
Per detti funerali in S. Restituta, 2 . . . . . . 74 75 e 76
Per detti funerali nella confraternita di S. M. Regina Paradisi, 1. 76
Per li funerali del Cav. D. Luigi de' Medici, 5 . . 76 77 e 78
Per li funerali del canonico teologo della cattedrale D. Gioacchino Lavitrano, 5 . . . . 78 e 79
Per li funerali del Re Francesco I. nella Cappella del Tesoro, 8 . . . . 79 80 81 e 82
Per li funerali del Pontefice Pio VIII. nella Cattedrale, 3 . . . . 82 e 85
Per li funerali del Cardinale Ruffo Arcivescovo di Napoli. L'ultima sul Sepolcro, 6. . . . . . . 83 84 e 85
In morte di D. Donato Gigli, 1 ivi
Per li funerali della Regina Maria Cristina nella Cattedrale, 5 . . . . 85 86 e 87
Per detti funerali fatti dalla città di Napoli in S. Lorenzo Maggiore, 5 . . . . 87 88 e 89
Per detti funerali nel Reale Albergo de' Poveri, 1 . . 89 e 90
Per li funerali della Duchessa di Tursi, 4. . . . . . 90 e 91
Per li funerali del Cav. Lelio Rivera, 5 . . . . . . 92 e 93
Per li funerali della Principessa di Marzano, 2 . . . 93 e 94
Per li funerali di D. Francesco Palmieri, 1 . . . . 94 e 95
In morte del cav. Domenico Cotugno, 1 ivi
In morte del cav. Alessandro Mandarini, 1 . . . . 95 e 96
Per li funerali del duca d'Ascoli, 1 96
Sul sepolcro di Girolamo Nuzzomauro, 1 ivi
Su la lapide sepolcrale del conte Scipione Cigala de' duchi di Cimigliano, 1 97
Sul sepolcro di famiglia del duca di Cimigliano, 1 . . ivi
Sul sepolcro di Monsignor Bolognesi vescovo d'Andria, 1. . . . . 97 e 98
Sul sepolcro del signor Francesco Saverio de Luca, 1 . ivi
Sul sepolcro del signor Francesco Saverio Carelli, 1 . 98 e 99

Sul sepolcro del signor Cesare Mariconda, 1 99
Sul sepolcro del signor Paolo Barrionovi, 1. . . . 99 e 100
Sul sepolcro del signor Gennaro Petracca, 1 ivi
Sul sepolcro del signor Antonio Canofaro, 1 . . . 100 e 101
Sul sepolcro di Monsignor Capece Minutolo vescovo di Mileto, 1 ivi
Sul sepolcro del signor Pietro Cecere, 1 102
Sul sepolcro del signor Gio: Battista Fanelli, 1 . . . ivi
Sul sepolcro di famiglia del duca di Cassano Serra, 1. . 103
Sul sepolcro della famiglia Tessitore, 1 ivi
Sul sepolcro della signora Maria Attensia, 1 . . . 103 e 104
Sul sepolcro del signor Domenico Cassini, 1 ivi
Sul sepolcro della principessa del Colle, 1 105
Sul sepolcro della Marchesa di Villarosa, 1. . . . 105 e 106
Sul sepolcro del consultore di Stato Monsignor Rossi, 1 ivi
Sul sepolcro del marchese Intonti, ... 106 e 107
Sul sepolcro del signor Raffaele de Robio, 1 ivi
Sul sepolcro della signora Elisabetta Verteechi, 1. . . . 108
In morte del commendatore Giuseppe Poli, 1 . . . 108 e 109

ELOGIO FUNEBRE